

05

A

2444





DEMONSTRATIO EVIDENS

Problematis de

DONIS VERE IN-
FINITIS, AC INCREATIS,
HUMANÆ CHRISTI NATURÆ

à λόγῳ verè, & realiter communicatis;

*Quam CHRISTO, unico omnium nostrum supremo
Magistro, clementer juvante, in Academiâ VVitebergensi,*

SUB PRÆSIDIO

BALTHASARIS MEISNERI SS.

Theolog. Doct. Profess. publ. & p.t.
Rectoris Magnifici;

Ad diem 24. Martij,

*Ventilandam, exercitij gratiâ,
publicè proponit*

COELESTINUS MISLENTA, ANGER-
BURGENS. BORUSSUS.

WITTEBERGÆ,

E Typographéo Johannis Gormanni,

ANNO M. DC. XV.

DEMONSTRATIO

Problemata de

DOMINI VERE

FINITIS, AC INCREATA

HUMANAE CHRISTI NATURA

à typographe & rethorice communicatus

Quam CHRISTO, unico omnium nostrum salvatori
Magistro, Clemente Johanne, in Academia Wittebergensi

SUB PRÆSIDI

BALTHASAR M. FISCHER

Theolog. publ. & p.c.



Verständlich, & leicht zu lesen

4742/44

COEDESTINUS MISLENTA, ANGER-

BURGENS. BOKUSZUS.

WITTEBERGA.

E Typographeo Johannis Gormanii

M. D. C. X. V.



Proloquium.

Merito Beatus Cassianus, heresium indolem & ingenium perpendens, eas hydrae ^{Hereses hydrae} similes pronunciauit. Sicut enim Hydra ^{similes.} olim capitibus desectis, numerosius per sua damna crevisse, tradunt Poetarum oracula, scilicet, dum quicquid ferrum secantis abscinderet, totum id foecunditas prodigiosa geminaret: Ita quoque haereses, quae aduersum nos linguis ferilibus sibilant, virus lethale jaciunt, & resectis capitibus renascuntur. Semper namque tulit mater ^{Hereses sem-} nostra Ecclesia monstrosos partus; semper has in- ^{per in Ecclesia} felices, dominici agri seges, lappas, sentesque tolera- ^{reperta.} vit, & assiduum in ea suffocantis zizaniae germen emerfit. Excreverunt quondam, & in publicum prodierunt, Jesu Domini nostri, jurati hostes quamplurimi. Ebionitae, incarnationem Christi asserentes, diuinitatis conjunctione eam nudarunt: Apollinaristae, hominem unitum DEO inconsiderate intelligentes, humanam eum non habuisse animam male crediderunt; Photiniani, licet Jesum, qui ex virgine natus est, Deum dixerint; male tamen cum principio hominis, principium fuisse DEI

Nestoriani
& Calviniani
iisdem
armis in
oppugnando
Christum
utuntur.

confinxerunt: Eutychiani, in unione duarum naturarum in Christo confusionem, abolitionem, & exæquationem adstruxerunt: Nestoriani denique duplicem personam in Christo fingentes, & unionem ejusdem rumpentes. Nostrorum quoque patrum memoriâ, ex antiquâ Nestorianorum stirpe secta surrexit, cum iis tam multa habens communia, contra Christi personam, ac majestatem, ut dubium sit admodum, num antiqua magis, an potius recens haberi debeat: Nova quippe adsertoribus Calvinianis, sed vetusta erroribus. Etsi namque Calviniani unitatem personæ, nobiscum asserere videntur: eam tamen cum antiquis Nestorianis, negando veram, & realem communicationem, reverâ, divellere, & solvere, deprehenduntur. Pestiferum hoc virus dudum orthodoxa antiquitas ad orcum damnavit: Cujus damnationis sententia eandem jure efficaciam obtinere debet in novis, quam pristino seculo habuit in prioribus hereticis, ob easdem radices, ob eosdem errores. Sed ne præjudicio magis adversum eos, quàm judicio uti velle existimemur; eorum sententiam hac disputatione examinare, & orthodoxam stabilire, opere precium duximus: sumentes in omnibus scutum fidei, & gladium spiritus, nempe verbum DEI, ut ita resurgens vetusti Draconis caput, idem divini

ser.

sermonis gladius defecet, qui prius in antiquis ser-
pentibus amputavit. Et quia renascentes Colubri,
pestiferos in Ecclesiâ Domini, agunt flatus, & ta-
bescere quosdam sibilis suis faciunt: jungenda
est propter novas infirmitates, antiquis curationi-
bus, recens medela; ut simul illud, quod ante nos a-
ctum est, valeat ad languoris damnationem: tùm
hoc, quod nunc agimus conducat ad languentium
sanitatem. Adsit modò disputationi [ut verbis Cassiani u-
tar] ac sermoni de se habito, ipsa veritas, & pietate illâ, quâ De-
um ex homine dignata est, humanis erroribus opituletur!

I.
P R O B L E M A
T H E S I S I.

*Caro CHRISTI, donorum verè infinitorum,
eternorum, ac increatorum, verè, &
realiter, particeps est facta.*

II. Antequam ad problematis hujus confirmationem deve-
niamus, prius terminos ejusdem, tam ex parte *subiecti* quàm ex
parte *predicati* evolvemus.

II.

Explicatio ex parte subiecti.

III. Subiectum est caro, quæ vox hoc loco, Phrasi Hebræâ,
sumitur pro homine toto *συνεδοχικῶς*, ut Gen. 6. v. 3. ac denotat
alteram partem in personâ Christi, contradistinctam τῷ λόγῳ,
ceu personæ *ἀσυνθέτῳ*, & simplici. Nam Christus τὸ συναμφοτε-
ρον νοεῖται, uti loquitur Athanas. orat. 15. contra Arrian. quippe Chri-

Dua in
Christo na-
tura.

Christus ἐν ὁμοιωπον ἐστὶ συνδεδέν ἐκ θεῶ, καὶ ἀνθρωπότητ. Damasc. l. 3. orth. Fid. c. 3. Proinde duæ naturæ in Christo, modo impervestigabili, & singulari, unitæ reperiuntur, primò divina, τῆς λόγῃ, deinde humana, ex Mariâ virgine assumpta; illa creator, hæc creatura; illa Deus, hæc homo, corpore, & anima rationali constans.

IV. Cæterùm ad determinationem subjecti, additur in problemate, caro Christi, i. ut constet, non esse quæstionem de carne ut καθόλῃ, nec de carne ἐν τῷ εἶδει, sed de carne ἐν ἀτόμῳ seu in Individuo, prout est τόδε τι hoc aliquid. Nam τὴν ἐν ἀτόμῳ τὴν αὐτὴν ἔσαν ἐν τῷ εἶδει ἀνέλαβε (videlicet ὁ λόγῃ) ἀπαρχὴν ἑξ ἡμετέρῃς φουρέματ. ita ut intelligatur hæc massa, Naturæ humanæ ex substantia Mariæ virginis suscepta. Damasc. l. 3. orth. F. c. 11. 2. ut constet, carnem hanc, seu humanam naturam, non esse ἀνυπόστατον, vel extra τὸν λόγον subsistentem, ante vel post susceptionem, & unionem, sed ἐνυπόστατον, ὑποστᾶσαν ἐν αὐτῇ ὑποστᾶσει τῆς λόγῃ. Damasc. lib. 3. d. l. c. 9. vid. Ἔ. c. 2. Ἔ. 23.

V. Ad plenioram subjecti explanationem, sequentia addimus διδόμῃα & indubitata Axiomata.

I. *Caro Christi seu humana in Christonatura nostræ per omnia, excepto peccato, est ὁμοῖοσι, seu ejusdem essentia cum nostrâ.*

Nam ὁ λόγῃ non Phantasma aliquod, nec Angelos; sed verum corpus, & animam humanam assumpsit, ad opus redemptionis expediendum Rom. 8. v. 3. Col. 1. v. 14. 22. Hebr. 2. v. 14. Hinc Augustin. qui negat Christum verum hominem; non est pro illo Christus mortuus. Irenæus, & Tertullianus sæpissimè veritatem humanæ naturæ Christi, probant ex sanguine, quem Christus pro nobis effudit. Hoc sensu in sacris Christus vocatur semen mulieris Gen. 3. v. 15. semen Abrahæ Galat. 3. v. 16. Hebr. 2. v. 16. filius hominis Dan. 7. v. 13. Matth. 8. v. 20. c. 16. v. 13. c. 20. v. 18. c. 24. v. 27. 30. 37. c. 25. v. 13. 31. Joh. 5. v. 27. Vir Actor. c. 2. v. 22. c. 17. v. 31. filius Mariæ virginis Esa. 7. v. 14. Matth. 1. v. 16. Gal. 4. v. 4. filius David, Matth. c. 20. v. 30. 31. c. 21. v. 9. c. 22. v. 42. Homo 1. Timoth. 2. v. 5. Ioh. 10. v. 33. Virga & surculus de radice Isai. Esa. 11. v. 1. c. 42. v. 1. c. 53. v. 2. Apoc. 22. v. 16. Unde nos non erubescit vocare fratres, Christus Hebr. 2. v. 11. 12.

2. CARO

2. *Caro Christi, seu humana natura in λόγῳ, essentialibus, & naturalibus proprietatibus corporis, & anima humane est prædita.*

Quod enim habet essentiam; habet simul essentialia consequentia. Atqui caro Christi habet τὰ γινώδη humanæ naturæ; nempe corpus & animam, humanam seu essentialia constitutiva. Ergo ab ea nemo sequestrare sanus audebit essentialia consecutiva, quæ naturam veluti secunda momenta comitantur. Est itaq; caro Christi quanta, partem extra partem habens, tribus dimensionibus constans, ideoq; finita, potentiâ vegetativâ, sensitivâ, & rationali prædita, etsi quæ sunt aliæ καθ' αὐτὸ affectiones naturales, & ordinatæ, de Christi carne prædicari aptæ.

3. *Caro Christi, proprietates naturales, in unione hypostaticâ, vel post eam, neutiquam amisit, sed eas in æternum retinet.*

Axioma hoc Ecclesia orthodoxa tuetur contra Eutychianos; & cæteros hæreticos, naturarum, & proprietatum confusionem in Christo asserentes; docens, tum in ipsâ unione, tum post, ut pote, nativitatem, passionem, mortem, resurrectionem, & ascensionem in cælos; humanam naturam Christi, proprietates naturales nullatenus deposuisse, vel amisisse, sed semper factas, tectas retinuisse. Id quod tamen statuens, non destruet κοινωνίαν realem divinorum Idiōmatum τῷ λόγῳ, ut pote, omnipotentia, omniscientia, omnipræsentia &c. uti visum fuit *Danao ad cap. 3. Dn. Chemnicij, & Sadeeli de verit. human. natur.* Aliud namque est habere idiōmata ejusmodi ex proprietate natura, aliud verò per aliud participare eadem, videlicet ex vi Unionis alterius naturæ, uti infra patebit.

VI. Neque hæc duo inter se pugnant, multò minùs contradictoriè sibi invicem opponuntur: *Humana Christi natura in illa unione essentialis suas proprietates retinet. Et humana natura, proprietates essentialis Deitatis τῷ λόγῳ participat.* Siquidem quævis natura in Christo, tam divina, quàm humana, in ipsâ quoque unione, duplici-

Duplex re- cem sortitur respectum, videlicet Naturalem, & personalem; ut
 spectus natu tradit Damascen. lib. 3. orthodox. F. c. 5. Naturalis orthodoxis patribus
 rarum in is dicitur, à quo naturæ essentialiter in ipsâ Unione distinctæ nu-
 Christo. merantur, qui tamen numerus $\sigma\upsilon\kappa\epsilon\ \epsilon\gamma\gamma\acute{\alpha}\zeta\epsilon\iota\alpha\iota\ \delta\iota\alpha\iota\pi\epsilon\sigma\iota\upsilon\iota\ \Delta\iota\alpha\sigma\tau\epsilon\sigma\iota\upsilon\iota$
 Naturalis. $\alpha\lambda\lambda\omicron\sigma\tau\epsilon\iota\omega\sigma\iota\ \eta\gamma\acute{\alpha}\ \Delta\iota\alpha\tau\mu\eta\iota\ \epsilon\upsilon\ \alpha\upsilon\lambda\alpha\iota\varsigma$. h. e. non efficit divisionem, di-
 Personalis. stantiam, mutationem, & scissionem in ipsis. Personalis verò est
 is, in quo non numerantur naturæ; sed attenditur Unitas perso-
 næ, quatenus utraque natura in uno supposito, vel ut unum quid
 personale consideratur. Sic naturali respectu $\lambda\omicron\gamma\omega$ in ipsâ et-
 iam unione, in se suisque proprietatibus distinctè quidem, sed nõ
 separatè considerari potest, ut gigni à patre ab æterno: Spiritum
 Sanctum cum patre spirare &c. Hæc enim, & similia compe-
 tunt $\lambda\omicron\gamma\omega$ in ipsâ quidem unione cum carne; sed non respectu
 unionis, ideo quòd ejusmodi attributa $\lambda\omicron\gamma\omega$ non ex $\epsilon\upsilon\nu\acute{\omega}\sigma\iota\varsigma$
 cum carne, & sic in tempore acceperit, sed ab æterno obtinuerit
 per æternam sui generationem: Personali verò respectu, idem $\lambda\omicron\gamma\omega$
 $\gamma\omega$ considerari potest, quatenus jam unum $\upsilon\phi\iota\sigma\acute{\iota}\mu\alpha\upsilon\omicron\nu$, cum
 assumptâ humanâ naturâ constituit, & quatenus eandem, cum
 omnibus ipsius actionibus, & passionibus, sibi appropriat. Eo-
 dem modo, naturam humanam, in ipsâ unione, respectu naturali con-
 siderare possumus, dum eam distinctè intuemur in se, ac suis pro-
 prietatibus: Personali verò, cum attendimus, quid non distinctè,
 caro Christi considerata ex suis naturalibus proprietatibus, & sic
 nobiscum commune obtineat, sed quid ex unione cum $\lambda\omicron\gamma\omega$
 singulare, & planè divinum adeptâ sit, vel ex gratiâ partici-
 parit.

VII. Quibus respectibus observatis, & adhibitis, ruet ficta
 & pieta Calvinianorum $\alpha\upsilon\tau\iota\phi\alpha\sigma\iota\varsigma$ illa, adstruitur autem sub-
 ordinatio. Non itaque contradictorium est asserere: humanam
 naturam à $\lambda\omicron\gamma\omega$ assumptam, in se, & naturali respectu, potestate,
 scientiâ finitâ, & creatâ præditam, in certo aliquo loco esse,
 respectu autem personali, esse omnipotentem, omnisci-
 am, ubique esse, quatenus ea in $\lambda\omicron\gamma\omega$ & à $\lambda\omicron\gamma\omega$ assumpta, cum

173

cum ipso unum constituit ὁ Θεῶν, inq; eo subsistens partici-
pare dicitur de omnipotentia, omniscientia, & illocali existendi
modo, & omnem loci conditionem, longè, lateq; excedere, pro-
prietatibus naturarum semper salvis, & in æternum inconvulsis
manentibus.

III.

Explicatio ex parte predicati.

VIII. In prædicato duo veniunt probè excutienda, & pen-
tanda, nimirum, *objectum* communicationis, & ipsa *communicatio*
vel *participatio*.

IX. Quoad *objectum* communicationis; triplicia à Theologis *Triplices affe-*
statui solent *πᾶσι* naturæ humanæ Christi. Primò τὰ ἐσώδη, quæ i- *ctiones huma-*
pli καὶ αὐτὸ ἴσιν sunt, neque de solâ hac humanâ natura, sed etiam *ne natura in*
de reliquis prædicari possunt; eaq; rursus ita dividuntur, ut sint *Christo.*
vel *οὐσιαστικὰ* vel *παρεπόμενα τῇ φύσει*, h. e. vel *constitutiva*, vel *Essentiales*
consecutiva, de quibus jam modò in subjecti explicatione dictum: *Consecutivæ*
hoc loco addo, quòd *consecutiva* quædam sint *inseparabilia*, quæ se- *Inseparabiles.*
parari ab eadem nequeunt, ut finitam esse, potentiâ sensitivâ, vi-
dendi, &c. præditam esse; quædam verò *separabilia*, quæ separa- *Separabiles.*
ri ab eâ possunt, ut in loco esse, actu circumscriptum, actu videri,
actu palpari, etsi quæ sunt alia, non ad τὸ εἶναι veri & naturalis cor-
poris humani, sed potius ad τὴν Ἰνῆ τὴν δουξείαν in hac vitâ; in
altera verò cessaturam, pertinentia.

X. Deinde statuuntur à Theologis in humanâ naturâ, τὰ συμ- *2. Acciden-*
βεβηκότα ἰδέα, quæ nec essentiam humanæ naturæ constituunt, tales,
nec constitutam sequuntur necessariò, & referri solent *partim*, ad
corpus, quales sunt naturales illæ ἀδέσειαι, ut, passione, morte,
fame, siti, & defatigatione esse afflictum. Nam & hæc non sunt
de essentiâ humanæ naturæ, sed ejus speciem post lapsum insecu-
ta: quibus Christus ex naturæ suæ conditione, minus subjectus
esse poterat, quippe ἀναυάρτη; illas tamen sponte suscepit.
1. quia genus humanum lapsu perditum, non nisi morte, & passio-
ne interveniente, redimi debuit. 2. quia Deus in suâ naturâ ἀ-
πᾶσι καὶ ἀθάνατος, mortis & passionis subjectum & ὀργανον
organum assumere voluit; *partim* verò referri solent *ad animum*,
B ut

ut sunt dignitates & χαρίσματα illa, vel qualitates creatæ, infu-
sæ, habituales, & subjectivè carni Christi inhabitantes.

XI. Aliàs vocantur dona creata, non tantum particularia quæ-
dam, certâ mensurâ, definito numero, & dimensis gradibus, sicut
in sanctis limitata, sed omnia dona divina, tota plenitudine, su-
perabundanti copiâ, summâ, & absolutissimâ perfectione, quæ
substantiæ creatæ in sese conferri possunt, ultra omne nomen,
numerum, & mensuram; quæ tamen non sunt ipsa essentialia
idiomata τῆς Θεότητος, sed finita, & creata, quia sunt effecta e-
jus extra divinitatem, in humanam Christi naturam ita infusa, ut
in eâ formaliter, habitualiter & subjectivè inhæreant. Scholasti-
cis dicuntur Supernaturalia, & præternaturalia, ideo quod assumptæ
humanitati ex hypostatica unione cum Deitate, donata sint. Alij
vocant Gratiam habitualem, & quæ sequitur gratiam unionis non
ordine temporis, sed naturæ, & intellectus. Hoc sensu dicitur Je-
sus infans verè crevisse sapientiâ, & scientiâ, coram Deo, & ho-
minibus, Luc. 2, v. 40.

3. Superna-
turales.

XII. Tertiò statuuntur τὰ ὑπερφυσικά καὶ ἐξοχήν, quæ hu-
manæ naturæ καὶ ἄλλο infunt, nempe per & propter ἐνωσιν ὑπο-
στατικήν cum λόγῳ. Damascen. appellat οἰκεία ἀνχήματα τῆς Θεότη-
τος lib. 3. orth. F. c. 7. 15. & 17. Theologi vocant Idiomata personalia, vel
quasi personalia, ut quod caro subsistat in τῷ λόγῳ personâ, quod di-
catur vivifica, talis n. est, non καὶ ἑστίαν suam, συμβεβηκότι aliquo,
sed per unionem personalem. Aliàs dicuntur dona increata, & verè
infinita, ad differentiam donorum creatorum, & finitorum.

XIII. Calviniani priora duo genera propriorum in naturâ
humanâ Christi haud inviti concedunt, præterea v. nullum aliud
agnoscunt: orthodoxi è contra duobus prioribus tertium, ut di-
ctum, addunt. Ubi nomine propriorum complectuntur omnia il-
la, quæ non nisi Deo soli tribui possunt, ac debent, sive sint essen-
tialia sive extrinsecus ad eum relata.

XIV. Communicationem ipsam quod attinet; non admittimus
hoc loco, illos κοινωσίας modos, qui vel naturas confundunt, vel
personas duplicant, aut deniq; naturarum differentias, & proprie-
tates tam directè, quàm indirectè tollunt, de quib; vid. Dn. Chemn.
lib. de duab. Nat. c. 12. & 22. admittimus v. imò unicè intendimus, il-
lum communicationis modum, qui in scholis Philosophorum,

κτλ

κτ̄ συνδύασις realis appellatur, quo id, quod proprium est subjecti unitas
cōmunicatur verè, & realiter cum altero, per, & propter mutuā ένωσις ac con-
sociationem. Ubi tamen non hoc volumus, ac si modus iste rem ὅλο-
κλήρως in præsenti negotio exprimat, manet namq; & hic myste-
rium άνεξιχνιάσον & άρρητόν; manet verissimum illud: Justini quæ
ultra, præter, & supra naturam, in ipsâ naturâ secundū divinâ po-
tentiam sunt, ea impossibile est, posse credibilia facere, & quasi
ob oculos ponere, secundum rationem, & modum ipsius naturæ.

XV. Sed propterea per cæteris, nostro scopo accommodatur.
1. quia in communicatione κατὰ συνδύασις dantur duo subjecta
realiter distincta, ita quoq; in personâ Christi .2. illa subjecta per
arctissimâ unionē sese invicē permeant, in κοινωνία κτ̄ συνδύασ-
µεν, idem h. l. fit. 3. in tali communicatione alterū unitorū aptum
est agere, alterū pati, ita hinc nobilior natura perficit ignobiliore si-
bi unitâ. 4. in ejusmodi cōmunicatione requiritur, ut unus proprii
unum duntaxat sit πρώτον δεκτικόν; quia propriū in aliud subjectū
non transfertur, nec è subjecto in subjectum migrat, sic in Christi
personâ, omnipotentia communicata πρώτον δεκτικόν est divina
& λόγος natura: simile de reliquis iudiciū. 5. dicta communicatio
presupponit non modò χησις verū etjá κησις propter ωχιώρησις
mutuā: licet non παρίσως, sed άνίσως, h. e. inæqualiter: quippe
propriorū κησις uni subjecto πρώτως άνείτως, ceu πρώτω & τής
ύπαρξεως δεκτικῶ; alteri v. δεύτερως έμμέσως & veluti subjecto
κατηγορίας competit. 6. communicatio dicta requirit prædicatio-
nē unius de altero non συνώνυμον, sed παρώνυμον: eadē prædica-
tio hic locum habet, ut dicere non liceat; humana natura in Chri-
sto est Omnipotentia, omnisciētia, sed omnipotēs, omniscia; æquē
ut efferre nefas, corpus est anima, sed animatū, ferrū est ignis, sed i-
gnitū. 7. in tali cōmunicatione duplicia reperim9 idiomata, sc. ενεργ-
ητικά, à quib. cōmunicatio denominās dicitur, ideo quod à sub-
jecto & possideantur, & illud denominēt, sic ob cōmunicatū ignē
ferrū dicitur & calidū, & splendidū, & άνενέργητα à quib. cōmunica-
tio indenominans appellatur, ideo quod hic propria possideantur
quidē à subjecto, illud tamē minimē denomināt, v. g. licet levitas
ignis ferro, formæ simplicitas materiæ, animæ spiritualitas corpo-
ri cōmunicetur, ob subjecti cōmunicationē; ob id tamē ferrū nō
dicitur leve, materia simplex, nec spirituale corpus: quia ejusmodi

mata se extra non proferunt, ideo nec subjectum denominant; cum denominatio fiat ab operatione; & si accidit ut denominent, tunc hoc fit mediante alio idiomate ἐνεργητικῶ. Similiter in nostris præsenti communicatione, duplicia deprehendimus divina idiomata, quædam ἐνεργητικὰ, quæ ad id, quod DEUS non est, sese exerunt, ut bonitas, omnipotentia, omnisapientia, iusticia, à quibus communicatio fit denominans, ideo quod ab humanâ naturâ Christi, & possideantur, & illam denominent; quædam verò ἀνενεργητικὰ, quæ sese foras non exerunt, ut æternitas, spiritualitas, simplicitas, infinitas, à quibus communicatio inde denominans vocatur, propterea, quod licet ejusmodi propria, modo generali omnia humanæ naturæ communicentur, illam tamen non denominant, quia non operantur: quamvis mediantibus reliquis ἐνεργητικαῖς ἰδιώμασι denominent. Sic quod ἀμείσως perperam dicitur: caro Christi est æterna, infinita: id mediante ἐνεργητικῶ idiomate rectè effertur: caro Christi æternâ, & infinitâ omnipotentia est omnipotens, æternâ, & infinitâ omniscientia est omniscia, &c.

XVI. In Scholis Theologorum hic κοινωνίας gradus; modus hypostaticus, vel personalis appellatur, tum ad notandam causam κοινωνίας, quæ est ἐνωσις ὑποστατική, tum ad definiendum communicationis modum, qualis inter ea est, quæ ad unam personam, vel unum ὑφιστάμενον uniuntur.

I V.

Determinatio quæ sit i.

XVII. Explicatione terminorum necessariâ, ritè præmissâ, quærimus jam: Num caro Christi, vel humana in Christo natura verè, & realiter sit particeps facta donorum non tantum divinorum, quæ tamen sint creata, sed talium, quæ κατ' ἐξοχήν sunt ὑπερφυσικά, increata, & infinita, sine ulla exæquatione, confusione, vel conversione, per & propter συνδύασιν cum λόγῳ arctissimam & unionem hypostaticam?

V.

ΚΑΤΑΣΚΕΥΗ.

XVIII. Adversarij in negativam abeunt; nos affirmativam seu orthodoxam tuebimur; quam ut demonstremus, præmittemus.

mus nonnulla αἰτήματα, quibus postea subjungemus ipsa κατὰ
συνθεσὶς θεωρήματα, additâ utrobique declaratione, & proba-
tione.

Postulatum primum.

XIX. Medium quæstionis de communicatio-
ne donorum increatorum, ac infinitorum, pri-
mariū, & ad æquatum sit Scriptura sacra; se-
cundariū, autoritas orthodoxæ antiquitatis;
adventitiū, vera principiorum Philosophico-
rum accommodatio.

XX. Duobus vehiculis ab errore liberamur, videlicet λόγῳ *Duobus admi-
θεῖῳ* verbo divino, & λόγῳ ἀνθρώπινῳ *testimonio, & discursu humano.* *niculis ab er-
Nos testimonio divino primariū* vendicamus locum in nostra *rore liberamur*
quæstione; hæc namque quia est Theologica, ideoque medium
ad sui probationem exigit ex eodem genere, sive ex eadem disci-
plinâ petitur, docente *Philosop. lib. 1. post. cap. 7. §. 1. & 4. & 5. cap.*
23. §. 4.

XX. *Secundariū* locum tribuimus *venerandæ antiquitatis au-
thoritatī, 1. quia* quatenus ea sacris literis subordinatur, vim habet
in probandis conclusionibus Theologicis, humanam quidem,
magnam tamen. *2. quia* jucundum nobis est ipsorum imitari lin-
guam, ubi ipsi locuti deprehenduntur cum spiritu S. cujus verba,
norma unica esse debent, omnium de divinis rebus locutionum:
tractant hoc argumentum prolixè, *Dn. Chemn. in suo aureo libr. de*
duab. Nat. & Dr. Hunn. lib. de person. Christi. Licet igitur hoc proba-
tionis genus non sit ὀικείον, & proprium, est tamen παρωδικόν &
subsidiarium. Ulterius non extendimus autoritatem veterum,
moniti ab *Augustino lib. de unit. Eccles. cap. 3. Non attendendum in Ecclē-*
siâ, hæc dico, hæc dicis; sed hæc dicit Dominus.

XXII. Tertium assignamus locum in hac quæstione, *principijs*
Philosophicis rectè accommodatis. Agnoscimus enim principia Phi-
losophica, pro eximio Sp. S. dono, dum se in suo continent hæmi-
sphærio, nec dominium in Heram suam affectant, quibus Theo-
logia

Principia Phi-
losophica non
ad probandam
fidem, sed de-
clarandas theo-
logicas questi-
ones adhiben-
tur.

logia interdum utitur, non ut fidem ex ijs probet, sed alia, quæ in hac doctrinâ traduntur, declarat, ratione itaq; utitur humanâ, ut argumento extraneo, & probabili, non a. ut proprio & necessario. Tale medium est, quod quæstionem hanc mysticam declarat συν-
δύασις, ex lib. 2. de part. animal. c. 2. & 3. δύναμις & ἐκτελέχεια ex lib. de animâ, materiâ, & forma: corpus & anima, ferrum & ignis, &c. in quo tamen non proram & puppim [verba sunt Pelargi super Da-
mascen. lib. 3. c. 17.] causæ nostræ collocamus, ut opinatur Zanchius lib. de incarnat, nec ex re planè ὑπερφυσικῆν rem propè φυσικῆν faci-
mus, eamq; ex rebus Physicis facillimè intelligi posse æstima-
mus, ut cavillatus est Sadael lib. de vent. hum. obj. 7. sed duo duntaxat
inde adstruimus 1. unionem salvis naturis fieri posse non minus in
personâ Christi, quàm in unione ignis, & ferri salvâ utriusq; na-
turæ proprietate. 2. propria Deitatis carnem non destruentia, non
minus communicari assumptæ carni, quàm ferro proprietates ignis. Hæc
Pelargus d. l.

Calvinianorū
inscitia in ma-
le applicandis
Philosophicis
principijs.

XXIII. Alioquin dum principia Philosophica, terminos, aë
cancellos præscriptos exsiliunt, major in illis deprehenditur futi-
litas, quàm ab eis expectari possit utilitas in pomerio Theologi-
co, uti loquitur Dn. Menzer. tom. 1. Giss. p. 49. futilitatem ejusmodi vi-
demus & deprehendimus in Calvinianis ad communicationem
propriorum Deitatis negandam, Christi carni; ἀπαιδὲτως prin-
cipia ejusmodi torquentibus, ut pote, finitum non esse capax infiniti,
propria communicata non manere propria, propria unius speciei esse incom-
municabilia alteri speciei realiter diverse, & alia sexcenta.

Postulatum Secundum.

XXIV. Divinæ & humanæ naturarum in
CHRISTO una est hypostasis, nempe divina
τὸ λόγος.

XXV. Etenim unus est Christus, unus Filius, unus Dominus, per
quem omnia, & nos in ipsum 1. Cor. 8. v. 6. 2. Cor. 5. v. 14. Ephel. 4.
vers. 5. unus mediator DEI & hominum, 1. Timoth. 2. v. 5. 6. Hinc
argumentor: Christus est unus aut accidentaliter, secundum
ἁπλοσύνην, vel ἁέσις quandam, quæ solis creatis donis definitur,
aut

aut secundum naturam vel essentiam, aut secundum personam unam. Sed non est unus accidentaliter *κατὰ ὑπόστασιν & ἕσιν*. hic namque est Nestorianus error in concilio Ephesino explosus anathem. 3. Nec secundum naturam, vel essentiam unam, hoc enim redolet Eutychem hæresin, à Concilio Chalcedonensi damnatam. Ergo CHRISTUS est unus unitate personæ, & ὑποστάσεως.

XVI. Porro: Unica hypostasis duarum naturarum in Christo, aut est divina τὸ λόγος, aut humanæ naturæ propria, aut è concursu utriusq; naturæ conflata hypostasis. Sed non est hypostasis propria humanæ naturæ. 1. quia caro non assumpsit λόγον, sed assumpta est à λόγῳ ut DEO æterno. 2. quia λόγος assumpsisset hominem personam, non naturam, vicissim Nestorianum. 2. quia caro, quam assumpsit filius Dei, per se, antea non subsistit, nec quidem præexistit, vel creata fuit, quam assumeretur, nam λόγος eam sumendo creavit, & creando assumpsit, intra suam personam, Damascen. l. 3. cap. 2. αὐτὰ σὰρξ ἅμα θεῷ λόγῳ σὰρξ ut capit caro, statim cœpit esse filij Dei caro. 4. quia si esset hypostasis propria humanæ naturæ, non τὸ λόγος, sequeretur, λόγον inferiorem, & imperfectiorem fore, & fuisse, patre, & Sp. S. qui personam, & hypostasin propriam ab æterno habent, filius verò ad esse hypostaticum, creaturâ indigeret. Impium! Nec ex concursu utriusq; naturæ conflata, veluti σύνολον aliquod tertium, quia 1. Christus non est ἐξ ἐτέρων ἐπερὶ ἡ. ex diversis, diversum quoddam, 2. quia perfectissima ὑπόστασις, qualis est Dei λόγος, non potest fieri pars aliterius hypostaseos, 3. quia ex duabus hypostasibus nequit fieri una. Reliquum igitur est, Unam hypostasin duarum naturarum in Christo, esse divinam τὸ λόγος. Docet hoc ipsum Damasc. lib. 3. orth. E. c. 5. 7. 8. & 9.

Postulatum Tertium.

XXVII. Hypostasis, Natura, & Idiomata τὸ λόγος, non nisi ratione differunt.

XXVIII. Nam, quicumq; est verus Deus per essentiam, in eo non datur ἄλλο καὶ ἄλλο, in Deo namq; nil est, quod non sit Deus, propter summam simplicitatem, & ædum purissimum. Λόγος autem est verus Deus per essentiam, uti alibi probatur. E. in Λόγῳ non datur ἄλλο καὶ ἄλλο, vel diversum quod,

XXIX. Discrimen tamen admittimus aliquod, non quidem respectu Dei, sed ratione nostri concipiendi modi, & ratione effectuum, qui à Deo forinsecus producuntur; & discrimen quidem non reale [absit hoc à Christianâ fide] sed mentale, seu ut Philosophi loquuntur, rationis. Ejusmodi, inquam, discrimen locum obtinere potest, inter τὸ λόγος divinam hypostasim, naturam, & idiomaticam. Quæ tamen tria in seipsâ ita sunt comparata, ut unum αὐτὰρ ἓν, & simplicissimum maneat. Proinde eandem affirmationis, & negationis subeunt conditionem; adeo, ut quod probaveris de uno eorum, id de omnibus probatum dederis; & quod negaveris de uno eorum, id de omnibus te inficiari scias.

XXX. Hæc tria in progressu nos quoque contra adversarios urgebimus, & ad problema nostrum demonstrandum accommodabimus, evicturi dona increata, & infinita carni Christi ideo verè, & realiter esse communicata, quod eidem verè, & realiter sit communicata, hypostasis, natura & majestas τὸ λόγος. De singulis autem in theorematibus sequentibus seorsim & breviter ita agemus, ut duplicem per omnia observemus assertionem, primò quod hæc non nisi soli Deo, eiq; secundæ Trinitatis personæ sunt propria, deinde, quod eadem carni Christi à λόγῳ verè, & realiter sint communicata. His enim evictis, necessariò nostram contra adversarios, obtinebimus conclusionem. Sequitur igitur.

THEOREMA PRIMUM.

XXXI. Hypostasis τὸ λόγος est verè divina, eiq; propria.

XXXII. Duo asserimus in theoremate, videlicet, divinitatem hypostaseos filij Dei, & proprietatem: prius nemo facile, nisi paganus, & Arianus negaverit, ideoque operosa probatione, contra nostros adversarios, non indiget: posterius non tam probationem, quàm explicationem aliquam flagitat. Non enim desunt ex Calvinianis, qui & hic nodum iascirpo [quod dicitur] quarant, contendentes, substantiam vel hypostasim non esse

esse proprium τῷ λόγῳ. Ita Goclen. in controvers. logic. pag. 105. adversus Philipp. Nicolai p. m. ratiocinatur: Nullum idioma est de ratione, & essentia rei. Subsistentia vel personalitas est de essentia personae, nil enim aliud est, quam substantia personae. E. subsistentia vel personalitas non est idioma seu proprietas personae.

XXXIII. Cæterum impingit Goclenij discursus multipliciter, Primò quidem in principia Philosophica. Novit enim, vel certè nosse debuit Goclenius 1. vocem proprii opponi omni illi, quod commune est, vel dici potest, uti docet Tolet. in organ. c. 4 p. 66. Subsistentia igitur, quia communis non est, proprium quid erit. 2. proprium quod recipiatur, cum eo cujus est proprium duplex esse, nempe constitutivum unum, τὸ πρὶν εἶναι σημαίνον, quod significat, quid res sit, vel ejus quidditatem significans, ut sunt definitiones, & differentia, alterum consecutivum, videlicet πᾶσι, quod κατὰ τὴν κοινὴν περὶ αὐτῶν διποδοθεῖσαν ὀνομασίαν προσηγορεύεται ἴδιον, docente Philosoph. lib. 1. Top. c. 4. §. 2. c. 5. §. 5. vid. & 5. Top. cap. 3. §. 7. ubi docet, proprium animalis esse, animam habere: animam verò habere, non est consequens animalis, sed constituens. vid. etiam Scheck. super lib. 1. Top. pag. 28. Hypostasis igitur λόγῳ licet non sit proprium consecutivum, non desinit tamen esse proprium, cum sit constitutivum. 3. sic argumentor: Quicquid est solius λόγῳ per se ab æterno, illud est proprium λόγῳ. Nam proprium est & dicitur illud, quod soli, per se, & semper convenit. Atqui hypostasis λόγῳ est solius, λόγῳ per se, ab æterno. Id quod nemo negare audeat, Christianorum. E. hypostasis est propria λόγῳ. 4. Per quod λόγῳ est incommunicabilis, & distinctus ab alijs personis Trinitatis, illud est proprium λόγῳ. Per hypostasim λόγῳ est incommunicabilis & distinctus ab alijs personis Trinitatis. E. hypostasis est proprium quid λόγῳ Utraque præmissarum in confesso apud omnes. E. & conclusio.

XXXIV. Deinde impingit in principia Theologica. Nam apud orthodoxos Theologos, cum de una ex tribus Trinitatis personis est quaestio, hi termini æquipollent, ὑπόστασις, πρόσωπον & ιδιότης, item χαρακτήρ. Quæ de re vid. Basil. Epist. 43. Nazianz. citante Gal. lib. 1. d. arcan. cath. ver. cap. 2. Athana. tom. 2. tract. de deñ. ubi inquit, τὸ πρόσωπον, καὶ ὁ χαρακτήρ, καὶ ἡ ὑπόστασις, καὶ τὸ ἄρμον

μον καὶ τὸ ἰδικόν ἐν ἐστὶ. Græcos imitati, Latini patres reddunt vo-
 cabula illa per subsistentiam, personam, & proprietatem vid. Hi-
 lar. lib. 2. de Trin. August. lib. d. Trin. c. 11. 12. 13. Idem deprehens-
 derunt linguæ S. periti apud commentatores Judæos, quibus per-
 sonæ Deitatis appellantur *שׂוּדָּו* proprietates: quâ de re videri
 poterit Galat. lib. 2. d. arc. c. v. cap. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 8. & lib. 3. cap. 3. &
 Paul. Weidner. ex Judæo Christianus. Cui voci eleganter corre-
 spondet apud Syros *ܦܘܪܘܐ* quâ *ܘܫܘܘܥܘܐ* in Trinit. ex-
 primunt, & significat *ܦܘܪܘܐ* idem quod *Ipsemet*, q. d. deter-
 minatus, incommunicabilis, ut non sit alter.

XXXV. Denique cædit vineta priorum gregalium; ever-
 tit namque hoc ipso assertionem Calvinii, qui personas Deitatis
 vocat proprietates lib. 1. instit. c. 13. Zanchij qui *προσωπεύεω*
ωσ in Deitate appellat personales proprietates lib. 3. d. N. D. c. 2.
 quæst. 2. & Philippi Mornæi lib. 1. veritat. cath. cap. 6.

XXXVI. Ut autem brevibus argumenti nervum disrum-
 pam, respondeo 1. in eo committi sophisma *ὁ λόγος τὸ πᾶν καὶ ἀ-
 πλόως*. Non enim sequitur, si hypostasis non est tali modo pro-
 prium. E. nullo modo. 2. nego majorem, si simpliciter sumatur.
 3. limito eam ita: Nullum idioma videlicet consecutivum est de
 ratione, & essentiâ rei: aliàs si simpliciter sumatur, principium
 petit. His ita expeditis, applicemus theoremata ad carnem Chri-
 sti.

THEOREMATA SECUNDUM.

XXXVII. Hypostasis τὸ λόγος, carni Christi,
 verè & realiter est communicata.

XXXVIII. Duo sunt probanda in hoc theoremate, primùm,
 hypostasin τὸ λόγος carni Christi esse communicatam, deinde, e-
 am verè, & realiter esse communicatam.

XXXIX. Pro prioris probatione sic procedo:

Humana natura in Christo, *aut est ἀνυπόστατος* h. e. non sub-
 sistit, *aut est ἐνυπόστατος* h. e. subsistit. Sed nō prius, 1. quia hereticum,
 nempè Marcioniticum, Manichæicum, & Eutychianum, 2. quia
 absurdum, si namque humana natura non subsisteret, esset aut ac-
 cidens, aut prorsus nihil. Verùm accidens non est, quia est *συδη-
 γήζυλον*, esse humanâ naturâ, & esse accidens. Nec esse potest pla-
 nè ni-

nè nihil, quia negaretur humana natura ἀπλῶς, & Christus non esset amplius homo. Breviter; humanitas ipsa Christi, nisi subsisteret, (in λόγῳ) esset Chimæra quædam, uti verè dixit B. Luther. in cap. 53. Esa. & everteretur, totum unionis personalis mysterium. Ergo verum posterius. Humana igitur natura subsistit,

XL. Porro: Humana natura subsistit, aut per propriam hypostasin, aut per alienam.

Non subsistit per propriam, quia esset ἰδιοσύσα]Ϟ, ἀνθύπαρ-
η]Ϟ, ἀνθυπόσα]Ϟ, ac ἰδιουπόσα]Ϟ, breviter; ipsa persona. Id quod est 1. contra fidem, quâ confitemur, λόγον nō assumisse personam, sed naturam. 2. contra scripturam, quæ asserit, non duas, sed unam esse personam Christum, duas autem in eo naturas, uti postulato 2. dictum. Ergo humana natura subsistit per alienam hypostasin, estque ἑτέρουπόσα]Ϟ

XLI. Ulterius: Id in quo subsistit humana natura assumpta, aut est creatum, aut increatum.

Atqui creatum non est probo: A quo natura non assumpta est, in eo nō subsistit. Ab eo quod creatum est, natura humana non est assumpta. E. in eo, quod creatum est, natura humana non subsistit.

Ergo est increatum, videlicet ipsa τῆ λόγῳ ὑπόσασις. Ergo humanitas Christi in λόγῳ, & per λόγῳ ὑπόσασιν subsistit. Hinc Damasc. lib. 3. orth. F. c. 2. αὐτὸς ἔ θεῶ λόγῳ. ζηηματί-
σας τῆ σαρκὶ ὑπόσασις, h. e. ipsum Dei verbum; carni suppositum & hypostasis est: quæ verba adhuc dilucidius idem ibidem explicans, infrà addit: αὐτὸς ὁ λόγῳ, γενόμενῳ τῆ σαρκὶ ὑπόσασις h. e. ipse λόγῳ factus est carni hypostasis. In hanc sententiam vide plura sub finem ejusdem capituli.

XLII. Progredior: Humanitas Christi subsistit in λόγῳ, & per λόγῳ ὑπόσασιν, 1. aut carnis in λόγον transfusione, & mutatione 2. aut similis hypostaseos à λόγῳ largitione, 3. aut duntaxat suæ naturæ sustentatione, 4. aut denique subsistentiæ λόγῳ communicatione,

XLIII. Sed humanitas Christi non subsistit per λόγος ὑπόστασις i. quatenus λόγος ὑπόστασις in carnis hypostasin mutata, & transfusa, hoc enim Eutychianum, nec 2. similis ὑπόστασις ἔως ἀ λόγῳ largitione, & in creatione: esset namque multitudo personarum, ἀ multitudo hypostaseων orta, una λόγος increata, altera humanitatis, ἀ λόγῳ creata. Iterum hoc favet Nestorio. Non igitur λόγος dedit similem hypostasin carni. Nec 3. subsistit humanitas in λόγῳ sui duntaxat sustentatione, Hoc enim absurdum esse, sic evinco:

Quicumque modus existendi, est communis carni Christi cum reliquis creaturis, ille nil mysterij importat,

sed potius unionem personalem abstrusam destruit: ratio conseq: est, hæc: Ab eo namque quod commune est omnibus creaturis, quid quæso peculiaris mysterij sperari potest? aut si dixeris ob carnis sustentationem in λόγῳ esse mysterium, idem tibi repono, ob creaturarum sustentationem in λόγῳ. Atqui tantum sustentari in λόγῳ, & ἀ λόγῳ, est modus existendi humane nature communis cum reliquis creaturis. Ergo duntaxat sustentari, humanam naturam in λόγῳ & ἀ λόγῳ nil mysterij importat, sed potius unionem personalem abstrusam evertit.

XLIX. Assumptio hinc clarescit. Uti enim ad essentialium constitutionem, & conservationem, requiritur, ut sint, & sustententur in substantiâ creatâ: ita ad essentialium substantiarum conservationem, & constitutionem requiritur, ut sint & sustententur in substantiâ increatâ, quæ est λόγος. Act. 17. v. 28. Hebr. 1. v. 3. Licet namque non inhæreant res create, ut accidentia in subjecto: ut tamen accidentia sunt in subjectis dependenter, ita create in Dei λόγῳ: quæ dependentia si negata fuerit tum substantiæ, tum accidenti; tunc amplius, neque accidentia, neque substantiæ create esse possunt. Hactenus ergo vides, nil mysterij importari, ex solâ humane nature sustentatione in & ἀ λόγῳ; eoque ipso, everti unionem personalem, quæ tamen reverâ, asseritur ὁμολογημένως μέγα τῆς εὐσεβείας μυστήριον, ἀ Gentium Doctore, 1. Tim. 3. v. 16.

45: Dices

XLV. Dices: esse diversitatem in modo sustentandi humanam naturam, & creaturas in λόγῳ. Est quidem unus ille communis tam humanæ naturæ in Christo, quam reliquis creaturis ratione dependentiæ, alter verò est peculiaris, ratione singularis *περὶ ἀλήψεως* humanæ illius naturæ in λόγῳ personam, per incarnationem.

XLVI. Resp. Libenter quidem & modum illum peculiarem admitto, sed non video, quæ eo mysticam unionem personalem salvare queas: manet enim in quæstione adhuc: an videlicet ex peculiari illo duntaxat sustentandi modo per incarnationem credere tenear, & certus esse queam, quod hoc sit mysterium *μέγα ὁμολογημένως*? Neutiquam quis hoc mihi persuadebit: Nam sic argumentor: Quicquid non nisi gradum potiore, modi existendi importat in λόγῳ, carnis assumptæ & substantiarum creaturarum: illud mysterium maximum non adæquat. Ratio sequelæ hæc est: Quoniam ea quæ gradibus differunt, & secundum magis & minus diversa sunt, speciem, & esse rei ipsius non mutant. Sicut itaque nil mysterij conspici potest ex modo sustentandi creaturarum in λόγῳ, ita nec ex peculiari *περὶ ἀλήψεως* humanæ naturæ, quàm diu, non nisi sola sustentatio ejus in λόγῳ non verò communicatio substantiæ à λόγῳ statuitur.

*Sustentatio
nuda carnis
assumptæ in
λόγῳ non
adæquat
mysterium.*

XLVII. Falsis itaque modis resectis, quartus remanet verus, quod humanitas Christi subsistat, *subsistentiæ λόγῳ communicatione*. Communicata igitur est λόγῳ *ὑπόστασις* carni Christi. Id quod fuit probandum.

XLVIII. Vi veritatis adactus Beza, ingenuè confessus est ad *Beza confessio de com-*
Act. Coll. Mompel. in respons. part. 1. Subsistentiam λόγῳ carni *unicatâ*
esse communicatâ, dum sic scribit p. 119. *humana illa natura, cum hypo-*
stasi verbi eo ipso unita fuit, quod hypostasis illa, naturam hanc assumendo *subsistentiâ.*
creavit, & creando assumpsit, suam ipsius Subsistentiam ei communicans. &
pag. 135. *Sapientia ipsa patris, tam arctè sibi carnem illam adjunxit, ut illi*
suammet ipsius subsistentiam tribuerit, id quod quomodo vel secum
conciat in Colloq. Mompelg. pag. 202. ubi communicationem
negavit substantiæ, concessit autem solam sustentationem, vel
cum sibi *ὁμοψήφοις*; quidem non video.

XLIX. Pro posterioris probatione ita argumentor, *Quod-*
cunq;

cunq; hypostasi ἔ λόγος per unionem realiter subsistit, ei hypostasis τῆ λόγος per unionem realiter est communicata. Humanitas assumpta hypostasi τῆ λόγος per unionem realiter subsistit. Ergo hypostasis ἔ λόγος assumpta humanitati per unionem realiter est communicata.

L. Ratio conseq. in majore est certissima, quia in reali communicatione hæc quatuor mutuò sese excipiunt, 1. *χρησις* usurpatio 2. *κτησις*, usurpati possessio, 3. *λήψις* acceptio, & 4. *μετάδοσις* largitio, attributio, aliàs *κοινωνία* seu communicatio. Hinc infero: Quodcunque ab aliquo realiter usurpatur, illud ab eo realiter possidetur: & quod realiter possidetur, illud est realiter acceptum, quod verò realiter acceptum, illud realiter datum ab alio, vel realiter communicatum. Ratio conseq. in omnibus hæc est, uti enim relatum esse nequit, sine correlato, ita neque usurpatio sine possessione; possessio sine acceptione, acceptio sine largitione, & communicatione. Atqui hypostasis τῆ λόγος ab humanitate assumpta realiter usurpatur. Ergo hypostasis τῆ λόγος ab humanitate assumpta realiter possidetur; accipitur, eique à λόγῳ datur, ac realiter communicatur. Minorem ita vicissim probo: Quicquid non propria, sed aliena hypostasi realiter subsistit, illud subsistendo alienam hypostasim realiter usurpat. Caro Christi non propria, sed τῆ λόγος hypostasi realiter subsistit, uti prius evictum. Ergo caro assumpta, τῆ λόγος usurpat hypostasim realiter. Ergo hypostasis τῆ λόγος carni assumptæ verè & realiter est communicata.

LI. Πόρισμα: Nimis itaque frivole quidam negavit Calvinianus in viciniâ nuper, quod humana natura in Christo subsistentiam habeat, concessio, quod subsistat. At certè miserum hoc est effugium. Nam quicquid subsistit, eo ipso necessario subsistentiam habet, quia ne cogitando quidem possumus assequi aliquid subsistere, & tamen nullam subsistentiam habere. Id quod in aliis patet exemplis, sic qui sapit, habet sapientiam, qui vivit, habet vitam, ita animal est, quia animam habet uti supra ex 5. Top. cap. 3. §. 7. allatum. Sed caro Christi subsistit. Ergo habet subsistentiam.

LII. Exce

LII. Excepit per instantiam de DEO, qui dicatur potens esse, non tamen habere potentiam. Respons. 1. quoad nos, rectè dici Deum habere potentiam, uti constat ex sacris, 1. Paral. 29. v. 11. Matth. 6. v. 13. Nam quod ibi dicitur: *Tua est Iehova potentia*, id v. 12. explicatur, *in manu tua est virtus, atq; fortitudo*. Jam verò in cuius manu est virtus & fortitudo seu potentia; ille habet virtutem & fortitudinem; seu potentiam, in suâ manu: proinde hæ phrasæ in scripturâ æquipollent cum de divina potentia quæstio est: nempe, esse Iehovæ potentiam: In manu Iehovæ esse potentiam, virtutem, & fortitudinem; Iehovam dominari omnibus; Iehovam esse omnipotentem. Quamvis itaq; modus hic habendi potentiam in Deo non sit accidentalis, sed Deus in se sua sibi ipse sit potentia; interim tamen quia ei tribuitur affectio talis, sc. omnipotentia, utique rectè ei tribuitur per modum habendi.

Deus rectè dicitur habere potentiam.

LIII. Instantia hæc est aliena, quia quæstio est de iis, quæ sunt realiter distincta, qualia sunt hypostasis carnis, & caro ipsa. De talibus universaliter verum est quod, quando illis tribuitur quædam affectio, vel proprietas, vel modus Entis, tum rectè de iis prædicatur per modum habendi.

THEOREMA TERTIUM.

LIV. Natura τῆς λόγῃς est verè divina, eique propria.

LV. Nec hoc theorema dubitandi subit aleam apud Christianos: ex abundanti tamen ita probamus:

Quicquid competit hypostasi τῆς λόγῃς, id competit naturæ τῆς λόγῃς, quia hypostasis & natura τῆς λόγῃς non differunt, nisi ratione, ut suprâ postulato 3. dictum.

Hypostasi τῆς λόγῃς competit divinitas, & proprietas, ut theoremate 1. actum. Ergo & naturæ τῆς λόγῃς. Sed in re manifestâ non diutius morabor, transeo igitur ad

THEORE-

THEOREMA QUARTUM.

LVI. Natura ἔ λόγος carni assumptæ, verè, & realiter est communicata.

LVII. Ad quod probandum, produco classicum illud, Colos. 2. v. 9. ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς : in ipso (Christo) habitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter, sive carnaliter. Ubi tria asserit Apostolus 1. ipsam inhabitationem, 2. id quod inhabitat 3. id in quo habitat.

LIX. Per inhabitationem orthodoxa Ecclesia nil aliud intelligit, quàm personalem unionem, possessionem, & communicationem naturæ divinæ, & assumptæ carnis Christi : quæ natura divina τὸ λόγος φράσι, πᾶν πλήρωμα τῆς θεότητος ab Apostolo exprimitur : Caro verò voce ἐν αὐτῷ.

LIX. Licet enim ad Christum referat Apostolus hæc verba: aptissimè tamen secundum alterutram naturam inhabitatio seu communicatio ἔ τῆς θεότητος πληρώματα sunt explicanda. Sed non secundum divinam, 1. quia exspiraret discrimen inter inhabitans, & inter id, quod inhabitatur, quod tamen Apostolus disertè adsignat, 2. quia esset ἀδολεσχία dicere, divinitas habitat in divinitate, hoc est, idem in seipso. Ergo secundum humanam naturam : δοχεῖον igitur in quo habitat talis plenitudo, est natura humana, ac caro Christi.

LX. Id quod patet ex determinatione, ab Apostolo, per vocem σωματικῶς expressâ. Nam hæc vocula duo hoc loco innuit, primò terminum unionis ad quem, ita ut sensus sit: ὁ λόγος sic in carne sua habitat, ut cum eâ unam personam constituat; deinde modum inhabitationis, q. d. Deitas λόγος habitat in carne assumptâ, tanquam in proprio corpore, & proprio suo templo. Hinc Oecumenius vocem σωματικῶς reddit per ἐνσάρκως, & σεσαρκωμένως, Damascen. lib. 3. orth. F. cap. 6. σωματικῶς exponit ἔτ' ἐστὶν ἐν σαρκὶ αὐτῷ, Theodoret. de Antichristo pag. 136. (citante Pelarg. in Damascen. lib. 3. c. 17.) explicat per ἐνανθρωπήσιν, his verbis: ἐνανθρωπήσας, ἔ μερικὴν τινὰ χάριν τῆ ληφθείσῃ φύσει δέδωκεν, ἀλλὰ πᾶν τὸ πλήρωμα &c, h. e. Inhumanatus (λόγος)

γ@) non particularem aliquam gratiam assumtae naturae dedit, sed omnem plenitud. Deitatis.

LXI. Accedit μεταφρασις Syriaca, quae vocem *σωματικῶς* vertit, per *ܕܰܘܰܟܰܘܰܢܰܐ* corporaliter, à nomine *ܰܚܰܠܰܘܰܦܰܢܰܐ* corpus, Hebraeae: *תורה*, Rabb. *הוא* vel *היא*. Unde Rituale Severi, derivat conjugat: Euphael in Symbol. Apostolic.

ܰܫܰܡܰܥܰܐ ܰܘܰܚܰܠܰܘܰܦܰܢܰܐ ܰܥܰܘܰܠܰܐ ܰܘܰܚܰܠܰܘܰܦܰܢܰܐ (incarnatus, incorporatus est, de Spiritu S. Aliàs cum uti volunt adverbio personaliter, tunc id reddunt per vocem *ܰܕܰܘܰܟܰܘܰܢܰܐ* quã denotant unionem personalem.

LXII. Quibus præmissis, sic argumentor : *An quocumq;* tota λόγος divinitas habitat per unionem personalem, ab eodem tota λόγος natura possidetur, eiq; communicatur personaliter.

In Carne CHRISTI inhabitat tota divinitas τῆς λόγος per unionem personalem. Ergo tota divinitas s. natura λόγος à carne assumptã, possidetur, eiq; communicata est per unionem personalem.

LXIII. Alterum Sac. script. testimonium perducimus ex Epistolâ ad Hebr. c. 2. v. 14. *μετέχε σαρκὸς ἢ αἱμάτων*; quibus verbis Apostolus, cum *ἐνωσιν ὑποστατικὴν*, tum ex ἐνώσει illa fluentem communicationem expressit: quæ consistit in mutuâ, & reciproçã naturarum *κησῶν*. Verbum enim intra se carnem assumendo, & caro intra se λόγον recipiendo, possidet, Unde verbum incarnatum, caro verò *λογοθεῖσα, θεοθεωθεῖσα, καὶ τε θεωμένη* dicitur. Damascen. lib. 3. orthodox. Fid. cap. 9. § 17.

LXIV. Suffragatur Metaphrastes Syrus, qui verbum *μετέχε* per *ܰܗܰܘܰܠܰܘܰܢܰܐ* reddidit, quod verbum est plural. N. rectius autem legi deberet singulare *ܰܗܰܠܰܘܰܢܰܐ* monente Tremell. communicavit, unde nomen *ܰܚܰܘܰܘܰܢܰܐ* κοινωνία

D parti-



participatiō, communicatio, & *κοινωνία* participes, cui aliquid communicatur, sicuti eadem voce Oleaster insitus oleæ, consors *συγκοινωνός* radicis, & pinguedinis dicitur. Rom. II, 17.

LXV. Unde sic concludo:

Si *λόγος* ita univit sibi carnem, vel naturam humanam, ut particeps carnis & sanguinis evaserit; necesse est, ut ipsa quoque natura humana reddita sit *μέτερος* ipsius assumentis naturæ; nisi velis nudam *ἁπλῶς* duntaxat, vel assistentiam assumentis *λόγος* fingere, in naturâ assumptâ, sine ullâ reali naturarum ad se invicem *κοινωνία*. Atqui verum prius. Ergo & posterius.

LXVI. Probant hanc naturarū *κοινωνίαν* plurimæ rationes, ut pote, 1. quod divina & humana natura ut *ἐντελέχεια* & *δυνάμις* sint unitæ. 2. quod non accidentaliter, & *χέσθ* quadam, sed unione quadam *ἀκρῆσι φρεσῶν* cum *ἁπλῶς* junctæ. 3. quod de se invicem verè & realiter in concreto prædicentur & aliæ, quas brevitatis studio lubens prætereo: & ad dona majestatica accedo.

THEOREMA QUINTUM.

LXVII. Dona majestatica sunt verè divina, ac solius *λόγος* propria.

Divinitas & majestas trium personarum dupliciter consideratur.

LXVIII. Propria dico solius *λόγος*, quia soli *λόγος*, & ipsius divinæ naturæ competunt. Nam uti divinitas, ita quoque majestas trium personarum licet sit una, & eadem, dupliciter tamen considerari potest. 1. *ἁπλῶς* absolutè, & sic est communis *λόγος* cum reliquis personis. 2. *χρῆκῶς* relatè seu *ὑποστατικῶς* personaliter, ita est solius *λόγος* propria, adeò ut non solum nulli creaturæ per naturam competat; sed ne quidem Patri & Spiritui Sancto, secundum eundem *ὑπάρξεως τρόπον*, ac eodem modo, quo *λόγος* vendicanda est. Idem judicium de reliquis majestatis speciebus (si ita loqui liceat) ut pote de omnipotentiâ, omniscientiâ, &c. esto. De divinitate majestatis verâ, nemini cordato suspensisse dubium puto.

THEO-

THEOREMA SEXTUM.

LXIX. Dona majestatica τῷ λόγῳ, carni assumptæ, verè, & realiter sunt communicata.

LXX. Quod sic probo:

Quicquid CHRISTO in tempore, verè, & realiter est collatum, id assumptæ carni ipsius verè, & realiter est communicatum.

Dona majestatica τῷ λόγῳ, CHRISTO in tempore verè & realiter sunt collata. Ergo dona majestatica τῷ λόγῳ, assumptæ carni ipsius, verè, & realiter sunt communicata.

LXXI. Utraq; propositio est probanda. *Majorem* itaque sic probo: Quicquid de Christo dicitur, id ei competit, vel secundum alterutram, vel secundum utramq; naturam. Nam quod secundum neutram competit, id ne personæ quidem CHRISTI competere potest, quippe Christus non est, nisi duæ naturæ, divina, & humana. Collatio donorum majestaticorum de Christo, secundum divinam naturam, dici non potest. Ergo secundum humanam.

LXXII. Minorem prosyllogismi ita evinco, 1. quia secundum divinam naturam ab æterno patri est æqualis, ideoq; æqualem cum eo habet majestatem: sed æqualis amplius patri non esset, si ipsi in tempore à patre aliquid perfectionis collatum fuisset. Esset enim aut minor patre, antequam ipsi aliquid conferretur, id quod Arianum: aut major, postquam collatum esset: id quod impium.

2. Quia secundum divinitatem est ἀμετάβλητος seu immutabilis, Malach. 3, 6. Deus ego יהוה אלהי non mutator: quòd autem hæc vox mutationē significet, constat ex similibus locis 1. Sam. 21. v. 13. 1. Reg. 14, 2. 2. Reg. 25, 29. Esth. 1, 7. c. 2, 9. c. 3, 8. Job. 14, 20. Psal. 34. v. 1. & 89, 35. Prov. 24, 21. c. 31, 5. Eccles. 8, 1. Jer. 2, 36. c. 52, 33. Thren. 4, 1. Si a. aliquid perfectionis in tempore accepisset, mutabilis redderetur: At verò si Deus mutaretur, mutaretur certè in pejus, nec amplius Deus maneret, quia omnis mutatio, est quædã mortis imitatio, uti loquitur Bernhard. serm. 81. in cant.

3. Quia secundum divinam naturam est ἀὐτελής, ἡγὶ ἀνεύθεός

Christus secundum divinitatem est

1. Patri æqualis.

2. Immutabilis.

3. Perfectus

D 2

θεός

θεός τῶν ἄλλων, hoc est, in seipso perfectus, & nullius rei indigus. Hinc vocatur ἡ γ. ἡν, quod epitheton, et si omnipotentiam Dei denotet, non ineptè tamen ad sufficientiam ejus applicatur à Petr. Galat. lib. 2. de ar. cath. v. cap. 16. ubi pulchra ex *Algazele Philosoph.* pro nostrâ sententiâ adducit, & Jan. Drus. lib. 1. quaest. 42.

4. Ens summum & independens. 4. Quia secundum divinam Nat. est Ens summum, supra quod aliud supremum non datur: quod autem summum est, non dependet ab alio summo; dependeret autem, si βελίωσιν, & προσηκνυ quandam dignitatis, ab eo acciperet, & ἂν ἐκ προσηκνυ τὸ τέλειον. Nazianz. orat. 1. de Fil. Dei.

Christ. juxta LXXIII. Quia itaque collatio donorum majesticorum human. Nat. non potest dici de divina; sequitur quod intelligenda sit de humana natura. Et ratio in promptu est, 1. quia secundum humanam Natur. est minor patre Joh. 14. v. 28. 2. fuit mutabilis, 3. indigebat gloriâ, quam petebat Joh. 17. v. 5. ideoque imperfectus. 4. quia secundum hum. Nat. est creatura, à creatore dependens. 5. erat humiliabilis, & minor Angelis Psal. 8. vers. 5. 6. Phil. 2. v. 7. 8. Hebr. 2. v. 6. 7. 9. ideoque etiam secundum human. Nat. exaltabilis: privatio enim, & habitus ejusdem sunt subjecti. Hinc pulchrè Scalig. exerc. 359. sect. 11. Decet omnem essentiam finitam perfici ab infinitâ, Augustin. tom. 5. lib. 12. de Civ. Dei cap. 17. Deus nec affici dicendus est, tanquam in ejus naturam fiat aliquid, quod non ante fuerit: patitur quippe qui afficitur, & mutabile est omne, quod patitur. Pertinet huc universale veritatis axioma, quod ex Athanas. recitat Theodor. dial. 2. ὅσα λέγει ἡ γραφή, &c. Quaecumq; scriptura dicit, quod Christus acceperit, & glorificatus sit, illa secundum humanitatem ipsius dicit, non secundum divinitatem.

Axioma de datis Christo in tempore.

Sensus axiomatici.

LXXIV. Axioma hoc verissimum negare ausus est quidam Calvini affecta, ideo, quod Christo secundum divinitatem, ratione officij, & jurisdictionis Ecclesiasticæ etiam aliquid in tempore datum sit.

LXXV. Sed certè aut non intellexit regulæ sensum, aut malelitiosè simulavit. Nam de δόσῃ tali in regulâ agit veneranda antiquitas, quæ non quamvis acceptionem, sed majestatis, & glorificationis importet: ut patet ex verbis: ὅν ἔλαβεν ὁ υἱός, καὶ ἔδοξάσθην **quari-**

quæritur igitur, secundum quam naturam $\delta \ \upsilon\acute{o}\varsigma$ accepit & $\epsilon\delta\omicron\zeta\alpha\delta\eta$.
 $\alpha\delta\eta$. respondet, non $\Delta\iota\grave{\alpha} \ \tau\eta\nu \ \theta\epsilon\acute{o}\tau\eta\tau\alpha$, sed $\Delta\iota\grave{\alpha} \ \tau\eta\nu \ \alpha\nu\theta\rho\omega\pi\acute{o}\tau\eta\tau\alpha$.
hoc est, non secundum divinitatem, sed humanitatem. 2. Fal-
sum est, quod Christo ratione officij, & jurisdictionis Ecclesiasti-
cæ aliquid in tempore sit datum. Nam quod divinitas $\lambda\acute{o}\gamma\omicron\varsigma$ fem-
per à condito mundo habuit, illud in tempore accipere non po-
tuit. Sed divinitas $\lambda\acute{o}\gamma\omicron\varsigma$ jurisdictionis Ecclesiasticæ potestatem
semper à condito mundo habuit. Id quod probatu est facillimū ex
c. 63. 9. Prophetæ Elaiæ ubi Ecclesia beneficia Jehovæ commemo-
rans, in specie Angelo illi [qui est filius Dei] ea grato animo acce-
pta fert: Angelus faciei ejus salvavit eos, propter amorem suum,
& clementiam suam redemit eos, portavitq; eos, & tulit eos cun-
ctis diebus seculi.

LXXVI. Quod certe dictum efficit, ut in fumum abeat ex-
cept. per distinctionem, inter jurisdictionem $\lambda\acute{o}\gamma\omicron\varsigma$ officialem,
quam eum in tempore accepisse, & essentialem, quam semper ha-
buisse Calvinista garriebat. Quis enim non animadvertit fu-
tilem, ejus $\lambda\omicron\gamma\omicron\upsilon\alpha\chi\iota\alpha\varsigma$ concedere namq; jurisdictionem, & ne-
gare eam esse officialem, est dicere ipsum non ipsum, & seipsum
non intelligere. Jurisdictio certe est ex numero eorum quæ $\omega\epsilon\gamma\varsigma$
 π dicuntur, estque species officij, ac illud ceu genus includit. Qui
itaque ponit speciem & negat de ea prædicationes generis, insci-
tiam suam in principijs logicis turpiter prodit. 2. Quod $\lambda\acute{o}\gamma\omicron\varsigma$
non tantum habuerit potentiam, sed simul eandem executus sit in
gubernanda Ecclesia, patet ex dicto jam allato, & ex Joh. 5. v. 17.
Pater meus usq; modò operatur, & ego operor.

LXXVII. Excepit; $\lambda\acute{o}\gamma\omicron\upsilon\nu$ operatum esse ut Deum, sed non ut Me-
diatorem. Resp. torsunt absurda, quot verba in hac exceptione,
Absurdum namque est, Deum $\lambda\acute{o}\gamma\omicron\upsilon\nu$ non operatum fuisse, ut Me-
diatorem in V. T. Gaudete jam Papicolæ, & Photiniani, habetis
jam patronos ex Calvinianis vestrae sententiæ; stabit vestra asser-
tio, homines in Vet. T. extra mediatorem salvatos esse per legis
observationem? Sic n. infero: Ecclesia V. T. aut est salvata est per
redemptorem, aut per legis observationem. Hæc namq; duo salu- *Duo salutis*
tis media Scriptura sacra monstrat, tertium vel quartum ignorat. *media.*
Atqui ex sententiâ Calviniani illius, Ecclesia non est salvata per

D 3 redem-

redemptorem probo: Qui non operatus est ut Mediator in V. T. is nec salutem, est operatus ut redemptor: In salutis enim articulo Redemptor & Mediator idem sunt, & utriusque idem officium, sive sit Sacerdotale, sive Propheticum, & Regium. Sed non est λόγος operatus ut Mediator ex hypothesi Calvin. E. nec operatus est, ut redemptor. *Ulterius:* A quo non proficiscitur opus redemptionis, ab eo nec ipsum salutis medium, adeoque ipsa salus. A λόγος non proficiscitur in V. T. opus redemptionis. E. nec salutis medium, adeoque ipsa salus. Non itaque salvata est Eccles. V. T. per Christum redemptorem, quia non per Mediatorem. Ergo salvata est, per legis observationem. Conclusio hæc purè Papistica, & Photiniana: quam quomodo adversarius imposterum declinet, ipse viderit.

Λόγος in V. T. operatus est etiam, asserere non dubitamus, λόγος in V. T. non quâ Deum tantum, sed etiam quâ Mediatorem operatum, in promulgatione Deo, sed etiam quâ Mediatorem operatum, in promulgatione protoevangelij, & promissionum ABRAHÆ; in protectione Ecclesie V. T. in sacrificijs. Unde agnitus fuit etiam redemptor Job. 19. vers. 25. & agnus occisus ab originemundi. Apoc. 13. 8. dictus etiam Sacerdos in æternum. Psal. 110. v. 4. licet modus operandi fuerit diversus: propter quem res ipsa sive operatio non mutatur, sed alium duntaxat sortitur respectum.

LXXIX. Hucusque probata fuit Syllogismi propositio major; Assumptionem paucis probatam dabo, hoc argumento:

Cui verè, & realiter in tempore data est æterna gloria, & majestas, nomen supra omne nomen, virtus, & potentia dexteræ divinæ; illi verè, & realiter collata, & communicata sunt dona majestatica τὸ λόγος in tempore.

Christo secundum humanitatem, verè, & realiter, in tempore data est æterna gloria, majestas, nomen supra omne nomen, virtus, & potentia dexteræ divinæ. Ergo CHRISTO secundum humanitatem, verè, & realiter communicata sunt dona majestatica τὸ λόγος in tempore.

LXXX. Propositio nemini dubia esse potest. Nam cui est communicata æterna gloria & majestas, illi certè simul donata majestatica soli Deo propria collata, quæ idem sunt, quod majestas & divinitas ipsa. Assumptio patescit ex locis Johan. 17. v. 5. ubi Christus petit gloriam æternam, eamq; adeptus dicitur 1. Pet. 1, 21. qui illum excitavit ex mortuis, & δόξαν gloriam ei dedit, adde. Marc. 16, 19. Actor. 2, 33. Eph. 1, 20. 21. Phil. 2, 9.

LXXXI. Hæc hac vice pro communicatione donorum majestaticorum attulisse sufficiat, reliqua ob chartæ angustiam, ipsi *Ἀγαλέξιδ* reservamus: Restat verò ut jam ipsa idiomata subjiciamus; quorum quia ingens copia, alterius generis apparatus exigit; nos præcipua duntaxat ad nostrum institutum selegemus, nempe Omnipotentiam, omnipræsentiam, omniscientiam; & cultum adorationis: de quibus omnibus maxima *σὺρραξις* nobiscum Gente Calvinianâ intercedit.

THEOREMA SEPTIMUM.

LXXXII. Omnipotentia *ἢ λόγος* est idioma divinum, quo ceu vi infinitâ, omnia condidit, omnia potest, & omnia dirigit.

LXXXIII. Nulli unquam, si rectè scio, in mentem venit ambigere de omnipotentia DEI, unicum si excipias inter Ethnicos Plinium *lib. 2. Nat. hist. cap. 7.* & nostro seculo Calvinianos ab hoc errore non profus immunes. Nam ex ipsorum hypothesebus evidenter demonstrari ad oculos potest, eos omnipotentia divinae multû detrudere. Hæc jam nostri non est modò refutare instituti.

LXXXIII. Dubitanti a. succurrent dicta Dei omnipotentia celebrantia Gen. 17, 1. c. 35, 11. c. 43, 14. 2. Cor. 6, 18. Eph. 3, 20. Apoc. 1, 8. cap. 4, 8. c. 16, 14. cap. 19, 6. 15. c. 21, 22. De omnipotent. Christi Joh. 14, 14. Phil. 3, 21. Hebr. 1, 3. Apoc. 1, 8. cap. 4, 8. cap. 17, 14. cap. 19, v. 15, & 16.

THEOREMA OCTAVUM.

LXXXIV. Omnipotentia *τῆ λόγος* carni assumptæ, verè, & realiter est communicata.

85. Adver-

LXXXV. Adversarij Calviniani concedunt quidem potentiam assumptæ carni esse communicatam, omnibus autem modis negant, eidem omnipotentiam communicatam esse. Ita enim sentit, Beza in Colloq. Mompel. p. 222. *Omnipotentia, quia est idioma, seu proprietas Dei, humanitati Christi non convenit.* Idem & part. 1. respons. ad acta coll. Momp. p. 132. Eadem est Danaei sententia contra Chemnic. p. 104. & 362. & p. 363. *cum caro Christi sit creatura, non est certè capax increate potentie add. & p. 398.* His subscribit Sohnius tom. 2. p. 415. & seq.

LXXXVI. Nos verò in theoremate præfixo, intrepidè asserimus, carni Christi præter potentiam finitam, datam esse vel communicatam potestatem infinitam, æternam, adeoque ipsam omnipotentiam: quam assertionem dictis scripturæ confirmabimus: in singulis autem duo distincta hæc pensi habebimus 1. *qualis illa potestas sit, quæ communicata, & data dicitur.* 2. *Cuiam communicata sit.*

LXXXVII. Primò igitur producimus ex V. T. classicum illum locum Dan. c. 7, 14. & c. *וְלֵהּ יְהוָה שְׁלֹטֶן וְיִקָּר וְיִמְלֹכוּ*
Dan. 7. v. 14. Et data est ei potestas, & gloria, & regnum, &c. Potestas ejus potestas æterna, &c. Ubi duorum meminit Propheta in visione. 1. potestatis & gloriæ æternæ. 2. Subjecti, cui videlicet data sit hæc potestas.

LXXXVIII. Subjectum exprimit voce *Ei*, quæ digitum intendit ad filium hominis *vers. præced. 13.* filius autem hominis non denotat totam personam, sed certam in personâ Christi naturam vel personam secundum alteram naturam, ac idem est ex usu linguæ S. ac homo, vel humana naturâ. Id quod ulterius evincipotest, ex datis Christo in tempore: Quicquid namq; perfectionis & gloriæ accepit Christus in tempore, tunc accepisse non secundum divinitatem, sed humanitatem, intelligendum est, uti suprà dictum.

LXXXIX. Potestatem quod attinet, eam Propheta vocat *eternam*: quæ verba Calviniani ita explicant, ut nomine potestatis non ipsam essentialem Dei potestatem, sed jurisdictionem quandam, & externum quoddam dominium intelligant. Nam Polanus in h. l. in suo comment, inficiatur, vocabula *שְׁלֹטֶן & שָׁרָט* pro *essen-*

Qualem potestatem Calviniani Dan. 7. intelligant.

essentialem Dei potentiam, uspiam in sacris usurpari p. 575. alij vero in vocabulo *eternitatis* latibula & effugia quaerunt, aeternum h. l. i. t. a. s. u. m. e. n. t. e. s. , quod non principio, & fine careat, sed certum durationis terminum significet; uti videre est apud Zanch. l. 2. d. incar. pag. 402. Ubi talia scribit: *Non intelligitur, quod simpliciter sit aeterna potestas, nam & initium habuit, & habitura est finem, quoad usum, sed aeterna est usq; ad finem seculi. Sic namq; accipitur saepe vox* וְהוּא *Suffragatur Danæus contra Chemn. p. 399.*

X C. Ceterum à Calvinianis utrobique *וְהוּא* committitur, & falsa hypothesis. Etenim quoad Polani negationem universalem, attinet quâ potestatem essentialem Dei per vocem וְהוּא & וְהוּא denotari inficiatur, dicimus, eam falsam deprehendi, ex cap. Dan. 3. v. ult. c. 4. v. 14. 22. 23. 29. 31. 32. c. 6. v. 26. 27. in quibus locis vocabula וְהוּא וְהוּא soli Deo propriam eamque essentialem (aliam enim potestatem Dei præter essentialem, scriptura ignorat) potestatem, & dominium representare quilibet animadvertit: aliàs in canone, Hebræa lingua consignato, ejusmodi voces nuspiam pro potentia vel dominio ipsius Dei usurpari haud in viti largimur, & experti sumus.

X C I. Zanchij & Danæi argumentatio cum sit particularis, nihil concludit: *saepè ipsorum refutatur facile per saepè nostrum.* Sed ad rem; monemus aurem initio, vocabulum nullum dari posse, quod præcisè aeternitatem denotet; apud Hebræos: ideoque hæc ex contextu evincenda, præsertim ubi de tali subjecto efferatur, quod per essentialiam, & naturam suam aeternum est, increatum, ac merè divinum.

X C II. Videamus nunc, an, ex contextu, & locorum similitudine collatione potestas hæc de quâ controvertitur, evinci possit aeterna, verè infinita, ac merè divina. Nos omninò affirmamus, & probamus, *i. quia hæc potestas sic aeterna dicitur, quæ non auferatur, & regnum quod non corrumpatur, quod epitheton potestati veri Dei tribuitur, c. 3. v. ult. & c. 4. v. 31. ejusq; regno. Potestas igitur aeterna, quæ non auferatur, vel deficit, est solius Dei infinita & verè divina potestas. Filio hominis data est potestas aeterna, quæ non auferatur, & deficit. E. filio hominis data potestas est solius Dei*

וְהוּא
nuspiam in
Hebræo ca-
none de Dei
potestate
aut dominio
usurpatur.

Vocabulum
quod præci-
sè aeternita-
tem signifi-
cet, non da-
tur apud
Hebræos.

E

inf.

infinita, & verè divina potestas, h. e. ipsa omnipotentia. 2. quia hæc potestas explicatur per adjunctam invocationem gloriosam, & cultum ab omni populo, tribu, & linguâ. Quæ itaque potestas est gloriosæ invocationis & cultus ab omni natione, tribu, & linguâ, illa potestas est infinita, immensa, & merè divina. Talis autem filio hominis est data. E.

XCIII. Præterea falsum est, potestatem hanc finem habituram seu æternam esse duntaxat usque ad finem mundi vel sæculi, ut vult Zanchius d. l. Nam 1. taliter æterna dicitur, quæ nunquam sit præteritura: quæ determinatio omnem terminum, ac finem, excludit. In fontibus est $\text{לֹא יִשְׁרָב וְלֹא יִפְרָד}$, non transibit, non intercedet, non discedet. 70. reddid: $\mu\eta\ \pi\alpha\rho\epsilon\lambda\theta\epsilon\iota\varsigma$, quæ phrasis ubi subjecto, d. quo prædicatur, affirmativè apponitur, licet alibi res illa æterna perhibeatur; certò tamen eam aliquando cassaturam esse, & interituram, scriptura innuit. Sic cælum & terra passim dicuntur, quod stent in æternum; alibi tamen hac phrasi dicuntur interitura, videl. Matth. 24. v. 35. Marc. 13. v. 31. Luc. 21. v. 33. $\acute{o}\ \sigma\epsilon\alpha\iota\omega\varsigma\ \kappa\alpha\iota\ \acute{\upsilon}\ \gamma\eta\ \mu\eta\ \pi\alpha\rho\epsilon\lambda\theta\epsilon\iota\varsigma$. Contrà verò ubi hæc phrasis negativè de subjectâ materiâ dicitur, tunc omnem interitum, & terminum repudiat, ac idem significat quod in æternum durabit, vel permanebit, ut quod dicitur Esa. 40. v. 8. verbû Dei stabit vel durabit in æternum, id Luc. 21. v. 33. hac phrasi reddit non transibit, Petr. v. 1. Ep. c. 1. manet in æternum.

XCIV. Deinde patet regnum seu potestatem datâ nunquã cessaturam, ex conjunctione datæ potestatis, cum regno ejusdem, quod tale dicitur, quod non corrumpetur: quod autem non corrumpetur; id perpetuò existet, & quod perpetuò existet, id omni tempore, & semper durabit. Fontes habent $\text{לֹא יִפְרָד וְלֹא יִשְׁרָב}$ non ruet, non corrumpetur, non destruetur, non lædetur, uti patet ex similibus locis Dan: præsertim autem probè ante omnia notandum, quod eadem phrasis de Dei regno usurpatur, cap. 6. v. 26.

XCV. Accedit huc collatio regni Christi cum regnis mundanis; hæc caduca, & corruptibilia prædicuntur: Christi autem regnum nunquam finem habiturum ex cap. 2. Dan, v. 24. Nam in æternum incorruptibile, & in æternum stabile dicitur. Id quod de Deo etiam ipso absolutè usurpatur cap. 6, v. 26. Deus permanens in secula.

XCVI. Tan-

XCVI. Tandem in N. T. potestas, gloria & regnum hoc; æterna, ante conditum mundum, sine fine, ac ipsius Dei, sæpè dicuntur, *Luc. i. v. 33. Ioh. 17. v. 5. Ephes. c. 5. v. 5. 2. Petr. c. 1. v. 11.*

XVII. Ex quibus omnibus talem extruo demonstrationem.

Cuicunque data est potestas æterna, sine principio, & fine, ei communicata est omnipotentia.

Christo secundum humanitatem, sive Christo ut filio hominis, vel τὸ λόγῳ carni ac naturæ humanæ assumptæ, data est potestas æterna, sine principio, & fine, uti modo probatum.

E. Christo secundum humanitatem, vel ut filio hominis, sive τὸ λόγῳ carni ac naturæ humanæ assumptæ, communicata est omnipotentia.

XCIIIX. Secundum probationis nostræ fundamentum desumimus ex *cap. 28. Matth. v. 18.* Data mihi est omnis potestas in cælo, & in terrâ. ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῶ καὶ ἐπὶ γῆς. Duo & hic Salvator asserit, nempe id cui datum, & id quod datum.

XCIX. Id cui datum, vel subjectum, est Christus: id quod in confesso apud omnes: Sin verò quæras secundum quam naturam Christo data sit potestas omnis in cælo & terrâ; non ex æquo inter omnes convenit. Calvinianorum plerique de utraque naturâ exponunt, *Sohn. tom. 2 p. 415.* alij verò nobiscum intelligunt humanam Christi naturam: uti patet ex confessione *Danaei* contra Chemn. ubi p. 362. sic scribit: *respondeo, veram esse propositionem, nempe Christo secundum humanam naturam datum esse omnem potestatem in cælo, & in terrâ, & p. 363. agnoscit, hanc potentiam datam esse homini Christo.* De subjecto itaque inter omnes ferè convenit hodiè, paucis petulantioribus & crassioribus exceptis. De potestate verò ipsâ volvitur inter nos, & Calvinianos controversiæ cardo.

C. Calviniani namq; nomine omnis potestatis, negant verâ, & essentialem Dei omnipotentiam intelligi debere, sed solummodò jus, auctoritatem, & facultatem officij regij; alij distinguunt inter δυνάμιν & ἐξουσίαν, hanc non illam dicunt Christo datam *Sohn. tom. 2. p. 415.* Nos verò cum orthodoxis dictum hoc de omnipotentia verâ, intelligi debere, multis rationibus evincimus, potissimas duntaxat huc promimus.

E 2

CI. Quia

*Matth. 28.
v. 18.*

Christo potestas omnis data secundum humanam naturam.

Quid per πᾶσαν ἐξουσίαν intelligant. Calvinian. Orthodox: sententia probatur.

C I. I. Quia hæc potestas dicitur *universalis*, non limitata, & non restricta, ideoque infinita, & verè divina.

II. Quia omnis circumscriptio, & finitatis notio ab eâ sequestratur, mentione cœli, & terræ, secus ac olim visum *Danao* contr. Chemn. p. 363. *Martinio* contra *Domin. Menzerum* in apol. pro *Sadeel* & aliis hodiè *Calvini* gregalibus non paucis, uti notum. Nam quidam nuper, negando, hoc dictum loqui de potestate infinitâ; effurivit potestatem infinitam dici talem ratione loci, & temporis: in hoc verò dicto ob addita verba in cœlo & in terrâ, esse limitatam.

Hæ particule cœlum & terra non coarctant, sed ampliant Dei potentiam.

C II. Resp. particulas additas; non limitare, vel coarctare potentiam, sed potius ampliare, juxta usitatum scripturæ morem: præsertim tunc, quando de potestate, & operatione *DEI* est sermo.

C III. Nam 1. non tantum *Deus* dominus cœli, & terræ dicitur, verum etiam potestatem suam in cœlo, & in terra exercere. *Gen. 14. v. 22. c. 24. v. 3. 7. Esdr. 5. v. 11. Daniel. 6. v. 27. Matth. 11. v. 25. Luc. 10. v. 21. Actor. 17. v. 24.* ex his & similibus locis, nemo sanus, præter *Calvinianos*, potestatem *Dei* patris finitam, & circumscriptam esse, concludet. 2. nomine cœli, & terræ universum, hoc vel universæ creaturæ, in sacris indigitari solent. *Gen. 1. v. 1. & seq. Psal. 124. v. 8. & 135. v. 6. & 146. v. 6. 2. Petr. 3. v. 6.* Cujus potestas igitur se extendit ad omnes creaturas, & totum universum illius potestas non est limitata. Talis est *Christi*. E. 3. potestas *Jehovæ* in cœlo, & in terrâ explicatur per dominium in omnia, *1. Par. 29. v. 11. 12.* adeoque est infinita, & non limitata: Atqui potestas *Christo* homini data est potestas, quæ omnibus dominatur in cœlo, & in terrâ. E. potestas *Christo* data est potestas *Jehovæ* propria adeoque ipsa omnipotentia. 4. *Apoc. 5. v. 13.* explicat *Spiritus S.* qualisnam sit hæc potestas in cœlo, & in terrâ his verbis: *vidi omnem creaturam, quæ in cœlo est, & quæ super terram, & in mari, & quæ in eis sunt omnia, & audivi dicentes: Sediti in throno, & Agno etiam gloria & honor, & potestas sive robur in secula seculorum.* Ubi quilibet videt potestatem hanc non esse limitatam, sed infinitam.

C IV. Excipitur, 1. Qui absolutè vocatur omnipotens, is infinitè est omnipotens. Sed *Deus* absolutè vocatur omnipotens, *Apoc. 21. v. 22. E.*

C V. Resp.

CV. Resp. 1. Christus etiam vocatur absolute omnipo-
tens uti precedenti theoremate demonstratum. Ergo secundum
utramque naturam est infinite omnipotens. 2. respond. ad mayo-
rem distinguendo inter restrictionem expressam, & alibi additam,
ac reservatam. Vocatur quidem Deus absolute sine restrictione
omnipotens, alibi tamen additur, quod sit, & operetur in caelo &
in terra: quae voces si limitant, utiq; & Dei potentia erit limitata.

CVI. Excipitur 2. *Qui omnia creavit ex nihilo, & agere potest in
non Ens, is infinite est omnipotens. Sed Deus solus, non autem human. nat. a-
gere potest in non Ens &c. E.*

CVII. Resp. Natura humana Christi etiam producere ali- *Humana na-
tura Christi
quomodo in
non Ens age-
re dicatur.*
quid ex nihilo potest, & in non Ens agere suo modo, cum resusci-
tabit corpora mortuorum, falsa itaque est minor.

CVIII. III. *Quia* potestatem hanc infinitam esse, & soli
Deo propriam, textus coherentia evincit 1. namque Christus
dubitantes discipulos de se adorando sufficienter erudivit his
verbis: *data est mihi potestas omnis in caelo, & terra*: alias enim ob cir-
cumscriptam & limitatam potestatem non modo de adorando
Christo in pristino dubio essent relictis, sed ne ullum quidem ad-
orationis cultum ipsi competere, inde indubitato colligerent A-
postoli. Confer hunc locum cum *Luc. 24. v. 52. 2.* ablegans disci-
pulos, consolationis fundamentum substernit hoc: ne in pericu-
lis sibi metuant, propter suam potestatem, qua omnia gubernat
in caelo & in terra. Quod si igitur potestas haec duntaxat esset fi-
nita, & circumscripta; tunc Apostolis datum fuisset consolationis
fundamentum Calvinianum, h. e. lubricum. 3. apud omnes gen-
tes debuit in nomine Christi fieri praedicationis poenitentiae, & re-
missionis peccatorum *Luc. 24. v. 47.* At vero in nomine Christi id
fieri non potuit, nisi Christus potestatem infinitam, adeoque ipsam
omnipotentiam habuisset, qua peccata remitteret.

CIX. IV. *Quia* potestatem hanc infinitam esse, arguit
effectus vere infinitus, videlicet effusio Spirit. S. *Act. 2. v. 17.* effu-
sio autem Spiritus S. soli Deo competit *Joel. 2. v. 28.* Quod autem
Christus secundum humanitatem quoque Spirit. S. effuderit, pa-
ret ex contextu; is enim acquisivit potestatem effundendi Spir. S.
qui est traditus ad necem, passus, mortuus, suscitatus, exaltatus,
E 3, domi-

dominus factus. Omnia hæc de Christo dicuntur, secundum humanam naturam. E. & illud.

CX. Possemus & alia Scripturæ S. testimonia pro theoremate probando afferre; sed nolumus accumulare, propter chartæ angustiam: Ex hæctenus autem explicatis talis exurgit Demonstratio:

Cuicunque data est potestas uiversalis infinita, & soli Deo propria, per quam in cælo, & terrâ dominari dicitur, ei communicata est omnipotentia.

Christo secundum humanitatem data est potestas infinita, & soli Deo propria, per quam in cælo, & in terrâ dominari dicitur vi dicti Matth. 28. v. 18. dicitur.

E. Christo secundum humanitatem communicata est omnipotentia.

CXI. Plura script. sacrarum oracula, omnipotentiam Christi etiam secundum humanam naturam, demonstrantia, si quis defiderat, is prioribus sequentia adjungat: qualia sunt, quæ asserunt Christo omnia à patre data esse, Matth. 11. v. 27. Luc. 10. v. 22. Joh. 3. v. 35. Christo omnia subiecta esse, Christum sibi omnia subijcere posse, Psalm 8. v. 6. 1. Cor. 15. v. 27. Ephes. 3. v. 20. Philip. 3. v. 21. Hebr. 2. v. 7. 8. Christum sibi subiecisse Angelos, potestates, & virtutes, 1. Petr. 3. v. 22. Apoc. 22. v. 16. Matth. 24. v. 31. Christum habere claves Davidis; mortis & inferni, Apocal. 3. v. 7. Christum posse dare vitam æternam, Joh. 10. v. 28. c. 17. v. 2. Apocal. 2. v. 10. à mortuis excitare, Joh. 6. v. 39. 40. 44. 54. corpora nostra humilia transformare in gloriosa κατὰ τὴν ἐνέργειαν & δύναμιν αὐτῶν Philip. 3. v. 21. Christum posse fidem adaugere Marc. 9. v. 24. Luc. 17. v. 5. Fides autem est donum DEI, & opus DEI, Johan. 6. v. 65. non autem omnium 2. Thess. 3. v. 2. Christum esse fidei objectum etiam secundum humanam naturam, Esa. 28. v. 16. Rom. 9. v. 33. cap. 10. v. 11. 1. Petr. 2. v. 7. 8. Johan. 14. v. 1. cap. 3. v. 6. 15. 36. c. 5. v. 69. cap. 7. v. 38. Quæ omniâ non nisi verè infinitam, & æternam potestatem, & omnipotentiam præsupponunt: ex quibus nos firmiter concludimus, eam carni assumptæ τὸ λόγῳ verè esse communicatam.

CXII. Ad hæc Calviniani, nil solidi habent, quod regerant. Ultimum eorum refugium est discursus miseræ rationis, qualis-

qualiscunq̄ue; in quo tamen sibi nimis placebat, ac in eo sua de- *Exceptio*
Iperata causa proram puppimque collocabat, s̄pius ἀνούτως ci. *Calviniano*
tatus Calvinianus. Sed age videamus vim ejus argumenti: *um.*

Æterna omnipotentia est æterna duratio.

Caro Christi non habet æternam durationem.

Ergo caro Christi non habet æternam omnipotentiam.

CXIII. Respond. 1. Hoc argumentum non plus obest *Respons.*
causæ nostræ, quam Calvinianæ: posito namque, licet non con-
cesso isto integro discursu; pari modo, telum hoc in Calvinianos
jurè retorquere, & sic κατ' ἐνστασιν inferre possumus: Æterna hy-
postasis & natura τῷ λόγῳ est æterna duratio. Caro Christi non
habet æternam durationem. E. caro Christi non habet æternam
hypostasin & naturam τῷ λόγῳ. Conclusio est purè Nestoria-
na, vel certè Ariana, mysterium incarnationis, & unionis perso-
nalis penitus evacuans: utique & alterutra præmissarum. 2. resp.
esse quatuor terminos in argumento, nam major loquitur de esse,
minor de habere. 3. Assumptio, si simpliciter sumatur est manifes-
tè falsa. Distinguendum namque est inter id quod Christi ca-
ro habet per naturam, & essentiam suam; & inter id quod possi-
det & usurpat, ex gratiâ per unionem personalem, priori modo
vera est minor. Id namque quod in tempore cœpit, & finitum
est per essentiam: finitam quoque & temporalem habet duratio-
nem, posteriori modo, falsa est assumptio, quippe hypostasis & na-
tura λόγῳ tam arctè unita sunt carni assumptæ, ut unum cum eâ
constituant ὑφιστάμενον; usurpat itaque caro assumpta, assumptis
λόγῳ subsistentiam, & naturam; quæ subsistentia & natura cum
per essentiam ipse Deus æternus sint: caro autem per unionem
ὑποστατικὴν ea verè, & realiter possideat ac usurpet: utique verè
caro Christi dicitur habere æternam durationem, respectu usur-
pationis & possessionis æternæ τῷ λόγῳ subsistentiæ & natu-
ræ.

CXIV. Hinc ulterius pro omnipotentia communicatione
sic infero: Quæcumq̄ sunt idem, eorum uno accepto, habito, & possesso; ac-
cipitur, habetur, & possidetur alterum: Ergo, quod accipit, habet, & possi-
det, hypostasin & naturam τῷ λόγῳ æternam, illud quoq̄ accipit, habet, &
posse

possedit omnipotentiam ejusdem aeternam: *Mud* autem de carne Christi verè dicitur. E. & hoc.

CXV. Præmissarum neutram negant Calviniani, imò eas contra nos urgent: concedant itaque necesse est & conclusionem. Et quod de omnipotentia dictum est, idem statuendum de omnibus ἰδιώμασι & λόγῳ: servato tamen discrimine inter communicationem generalem, & specialem idiomatum, sive, quod idem est inter communicationem indenantem, & denominantem. Licet enim omnia idiomatica sint unum, & omnia communicata carni Christi κοινωνία generali, quatenus omnia possidentur cum πληρώματι τῆς θεότητος & σωματικῶς: caro tamen non ab omnibus denominatur, ratio hæc est, quia non omnia sunt ἐνεργητικά, sed pleraque ἀνενεργητικά, ut sunt spiritualitas, simplicitas purissima, infinitas, æternitas, & id genus alia, quæ de carne Christi non nisi alio mediante idiomate ἐνεργητικῶ enuncitari possunt, licet ab eadem plenariè possideantur.

Instantia
Calvinistica.
Resp.

CXVI. Quibus observatis, parata erit responsio ad hanc instantiam: *Quicquid habet rem, id etiam habet id, quod ad rei essentiam pertinet. Caro Christi habet rem, nempe omnipotentiam. E. caro Christi habet id, quod ad rei essentiam pertinet, nempe aeternam durationem.*

CXVII. Resp. ad Majorem per concessionem, si ea loquatur de possessione, vel κτήσει. Nam uti hypostasim & naturam & λόγῳ habet caro Christi; ita omnia idiomatica cum λόγῳ possidet: Si verò intelligatur major non tantum de possessione, sed & de usurpatione, tunc distinguo inter communicationem ἀμέσως denominantem, quando idioma communicatum, nullo alio interveniente de subjecto prædicatur, & ἐμμέσως, cum proprium communicatum, non nisi alio mediante idiomate subjectum denominat: & sic limito majorem: Quicquid habet rem, id etiam habet id quod ad rei essentiam pertinet, videlicet mediante illâ re, quæ illud subjectum immediatè denominat. Ita quia caro Christi habet omnipotentiam, quæ ἀμέσως eam denominat propter ἐνεργειαν; habet quoque æternam durationem mediante æternâ omnipotentia sibi communicatam, uti supra probav. ex Dan. 7. Ideoque non dicimus, quod caro Christi sit æterna, & infinita immediatè, sed quod sit æternâ, & infinitâ omni-

omnipotentia omnipotens: sicut & aeterna & infinita omniscientia, omniscia &c.

CXVIII. Hæc de Communicatione omnipotentia; in quibus necessitate sic exigente, iusto prolixior fui: Nunc quæ restant Idiomata, paucis, & brevibus dispiciamus.

THEOREMA NONUM.

CXIX. Omnipræsentia est attributum Deitatis, λόγος, quo omnibus creaturis præsentissimè adest, eas præsentè gubernat, ac plenè moderatur.

CXX. Non desunt, ex Calvinianis, qui omnipræsentiam DEI secundum essentiam impugnant, eumq; certo tantum loco includunt, nimirum cælo, vel Paradiso; Sic enim docet ac sentit Conrad. Vorst. in not. ad disp. de DEO pag. 235. quod impium dogma procul dubio hausit ex Socin. respons. contra Fr. David cap. 14. pag. 117. ubi sic scribit: Deus non est nobiscum per divinam suam naturam, aut essentiam, sed per virtutem, favorem & auxilium, &c.

CXXI. Impio huic dogmati opponimus Scripturæ dicta Josu. 2. v. 11. Jerem. 23. v. 23. 24. Esa. 66. v. 1. Act. 7. v. 18. cap. 17. v. 27. 1. Cor. 12. v. 6. 1. Reg. 8. v. 27. & c. Hinc Patres Deum vocant locum, eo quod præsentè suâ in rebus existentia eas foveat, & conservet. Hebræi quoq; eandem ob causam Deum מִקְדָּשׁ vel locum appellant, quod ubiq; & in omni loco sit præsens vid. Petr. Gal. lib. 2. c. 8. Ian. Drus. lib. **LOCUS DEI** 2. quæstion. quæst. 61. Agnoverunt hoc ipsum saniores Ethnici, citante Aristotele lib. 1. de partib. animal. c. 5. & alij veteres, quorum sententiam citat Philos. lib. de mundo c. 6.

THEOREMA DECIMUM.

CXXII. Omnipræsentia $\sigma\varsigma$ λόγος carnis assumptæ, verè, & realiter est communicata.

CXXIII. Duo agmina hostium theorema hoc impugnant; Primum agmen ducunt Calviniani, qui omnipræsentiam Christi secundum humanam naturam simpliciter negant. Danæus contra Chem. pag. 430. præsertim pag. 433. 434. & seq. Zach. Ursin. in explic. Catech. pag. 283. & sequ. Bucan. loc. 27. pag. 257. & seq. & loc. 28. pag. 269. Sobn. tom. 2. p. 492. & seq. Martin. contra Menzer. pag. 13. ct.

F 14. Po-

14. Posterius agmen ducunt, statuentes multipræsentiam, negantes autem omnipræsentiam: dicunt namq; Christum etiam secundum humanam naturam præsentem esse in Ecclesiâ, negant verò extra Ecclesiam.

CXXIV. Orthodoxi utrumq; statuunt, & docent; Christum videlicet secundum utramq; naturam tam in Ecclesiâ, quam extra eam, omnibus creaturis præsentem ubiq; adesse.

Præsentia
Christi secundum
humanitatem in Ec-
clesiâ.

CXXV. Pro præsentia in Ecclesiâ, carnis Christi, probandâ, hæc testimonia Scripturæ citant, 1. Matth. 18. v. 20. *Vbi duo vel tres congregati fuerint, in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Dicitur hoc certè loquitur de Christo secundum utramq; naturam quia fideles congregantur in nomine totius Christi, ex divinâ & humanâ naturâ constantis. 2. Matth. 28. v. 20, *Ego vobiscum sum omnibus diebus, usq; ad consummationem seculi.* Et hoc dictum de præsentia carnis, explicare nos cogit *συνέπειτα* contextus quia secundum illam naturam Christus, suam nobis promisit præsentiam, secundum quam ei potestas in cælo, & terrâ est data. Atqui hæc data secundum humanitatem. E. 3. Quia Christus secundum utramq; gubernat Ecclesiam, & suorum curam gerit. Act. 9. v. 5. Paulus, audivit vocem Christi. *Ego sum Iesus quem tu persequeris:* v. 11. alloquitur Ananiam; à Paulo visus est v. 27. c. 22. v. 8. c. 23. v. 11. c. 26. v. 15. 1. Cor. 9. v. 1. cap. 15. v. 8. Christus autem auditus & visus est quâ homo. E. præsens fuit his in terris quâ homo. 4. Quia ad Ecclesiam Apostolos ipsemet ablegat, vocat. Gal. 1. v. 1. vasa idonea in ea præparat; domui suæ præest Hebr. 3. v. 6. cap. 10. v. 21; nutrit ac fovet Ecclesiam, sicuti vir Uxorem Ephes. 5. v. 29. ceu caput ejusdem v. 23. ambulat in medio Ecclesiarum septem Apocal. 1. v. 1. cap. 3. 2. v. 1. & cap. 3. passim.

Præsentia
Christi apud
omnes crea-
tur. secundum
human. Nat.

CXXVI. Pro præsentia Christi secundum humanam quoq; naturam apud omnes creaturas, pugnant primò dictis Scripturæ 1. Psal. 72. v. 8. *dominabitur à mari usq; ad mare, & à flumine usq; ad terminos terræ,* quæ Psalmi verba loquuntur de Christo, non quatenus est ab æterno, sed quatenus futurus erat secundum humanam naturam. 2. Psal. 110. v. 2. Christus dicitur dominari *in medio inimicorum suorum,* secundum illam naturam, secundum quam exaltatus, & collocatus est ad dexteram Dei, h. e. secundum humanitatem, Matth. 22. v. 42. 43. c. 26. v. 64. Luc. c. 22. v. 69. Act. 7. v. 56. cap. 5.

cap. 5. v. 30. Rom. 8. v. 34. Eph. 1. v. 20. 3. Ephes. 4. v. 10. Christus ascendit super omnes cœlos, ut omnia impleret, quæ Phraf. concidit cum illa Jerem. 23. v. 23. 24. Christus autem quâ homo ascendit. E.

CXXVII. Deinde pro præsentia apud omnes creaturas humanæ Christi naturæ argumentatur à dexterâ Dei, ad quam caro Christi evecta est Mar. 16. v. 19. Luc. 22. v. 69. Psal. 110. v. 2. 1. Cor. 15. v. 25. Act. 2. v. 28. 34. Hebr. 1. v. 3. his adde loca, præcedente thesi citata. Hinc Christus vocatur filius dexteræ Ps. 80. v. 18. nō tantum ideò, quod sit Deo carissimus, sicut Benjamin Jacobo Gen. 35. v. 18. sed quod à dextris Dei collocatus, summam majestatem, & imperium obtineat; non autem secundarium locum, vel aliquod jus, ut vult Zanch. lib. 2. de incarnat. p. 400. seq.

CXXVIII. Quod a dextera DEI pro infinitâ majestate & summa potentia sumatur, constat ex Exod. c. 15. v. 6. Deutr. 33. v. 2. Psal. 18. v. 36. Psal. 20. v. 7. & 21. v. 9. & 45. v. 5. & 48. v. 4. & 48. v. 11. & 60. v. 7. & 63. v. 9. & 74. v. 10. & 80. v. 16. & 89. v. 14. & 98. v. 1. & 118. v. 15. 16. & 138. v. 7. & 139. v. 7. 8. 9. Esa. 48. v. 13. cap. 62. v. 8.

CXXIX. Hactenus præmissa, talē nobis suppeditant demōstrat. Quicquid non modò in Ecclesiâ, verùm etiam apud omnes creaturas vigore singularis promissionis, vaticinij, & collocationis ad dexteram DEI, ex unione personali obtentâ præsens est, ei omnipræsentia est communicata.

Caro Christi non modò in Ecclesiâ, verùm etiam apud omnes creaturas vigore singularis promissionis, vaticinij & exaltationis ad dexteram DEI, ex unione personali obtentâ præsens est ut ex locis allatis patet.

E. Carni Christi communicata est omnipræsentia.

CXXX. Quod cum ita se habeat; adversariorum astutias non moramur, nec eorum phantasias de localitatibus & locorū intercapedinibus Physicis, de extensionibus & diffusionibus Geometricis magnificimus: hæc namq; omnia viliora & longè abjectiora sunt, quàm ut divinam iis Christi metiamur personam, & majestatem. Habemus duplicem anchoram, quæ nos abripi, à dubitationum turbinibus non permittit, nempe Christi infinitam potentiam, & ejus voluntatem in verbo expressam. Hanc apprehendamus, & in eâ acquiescamus, licet omnem sensum, & cogitationem

tionem nostram penitus excedat. Tantum namque est fulgor, & splendor majestatis ejus, ad cujus dexteram humana natura in Christo elevata est, ut humane fragilitati in hac vita, non tantum non sit explicabilis, sed ne tolerabilis quidem; exclamat Callian. lib. 3. de incarnat.

THEOREMA UNDECIMUM.

CXXXI. Omniscientia est idioma Deitatis, quo perfectissime omnia scibilia, sine mora, & sine motu novit, & contemplatur.

CXXXII. Et hoc idioma hostilem incursum à quibusdam Calvini juratis patitur. Vorstius namque Dei scientiam discursivam esse contendit, in not. ad disput. 5. p. 271. Succenturiatas ferunt operas Photiniani, Deo præscientiam futurorum malorum culpæ adimentes, uti patet ex prælectionib. Socin. cap. 8. & 9.

CXXXIII. Ultraque absurda opinio, gladio Spiritus S. enecetur. 1. Reg. 8, 39. 2. Par. 28, 9. Job. 28, 24. 6, 24, 22. Psal. 147, 5. Psal. 7, 10. & 33, 15. Prov. 15, 11. 6, 24, 12. Jer. 11, 20. 1. Joh. 3, 20. Rom. 11, 33. Esa. 48, 5. 8. ex quo Prophetæ testimonio in fumum abit Socini impietas de præscientiâ Dei. Patrum auctoritatem qui desiderat, videat in hanc sententiam Augustin. lib. 15. de Trinit. c. 14. lib. 11. de Civ. Dei, cap. 21. & lib. 12. c. 18. Lactant. lib. de ira Dei. Damascen. lib. 1. orth. F. c. 12.

THEOREMA DUODECIMUM.

CXXXIV. Omniscientia τὸ λόγῳ carni assumptæ verè, & realiter est communicata.

CXXXV. Calviniani ὁμοιομαδὸν præter finitam, & creatam scientiam, negant, Christo secundum humanitatem, aliam increatam, infinitam, soliq; Deo propriam, quam nos omniscientiam dicimus, communicatam esse: sicut legere est apud Bezam. ad art. Colloq. Mompelg. in resp. part. 1. p. 134. & seq. Sohn. tom. 2. p. 418. Zanch. lib. 2. de incarnat. p. 290.

CXXXVI. Orthodoxi autem, præter naturalem, & finitam, agnoscunt, & consentunt etiam infinitam scientiam, & sapientiam, carni Christi verè, & realiter à λόγῳ esse communicatam.

CXXXVII. Quod ipsum confirmant sequentia scripturæ dicta in quibus Christus dicitur, 1. Spiritum sapientiæ, & intellectus sine

sine mensurâ accepisse, secundum humanam naturam. *Esa. 11, 1. 2. 3. 4. 2, 1. Iob. 3, 42. 2. Omnia scire Iob. 16, 30. cap. 21, 17. 3. καρδιωγνώσις Matth. 9, 2. 4. 6. 22, 18. 6. 26, 23. Ioh. 1, 47. 6, 2. 24. 25. Apocal. 2, 23. 4. Preces fidelium exaudire quibusvis in locis Act. 9, 11. eis opitulari ac compati Rom. 8, 34. Hebr. 2, 18. 6, 4, 15. 5. Iudex universalis etiam secundum humanam naturam Matth. 24, 27. 30. 37. 39. 44. 6, 25, 13. 31. Iob. 5, 27. Act. 10, 42. 6, 17, 31. Rom. 14, 10; in quo iudicio unicuique reddet secundum opera sua, Matth. 25, 26. 27. Rom. 2, 6. 2. Cor. 5, 10. Apoc. 2, 23. 6. Scire hominum opera bona, & mala Apoc. 2, 2. 3. 4. 6. 13. 14. 15. 19. Hypocrisin Apoc. 3, 1. 2. 15. confessionem nominis sui v. 8. mendacia v. 9. egestatem in spiritualibus. v. 17. 7. Prævidere Sathanae technas [idem ille qui mortuus & vivit] Luc. 22, 31. Apoc. 2, 10. infidelitatem Actor. 22, 18. 8. Prædicere ut filius hominis signa extremi iudicii Matth. 24, 5. 23. falsos Christos. bella vers. 6. 7. afflictionem v. 9. 21. Pseudoproph. v. 11, 24. simulatam caritatem vers. 12. cæli & terræ excidium v. 35. fugam discipul. Matth. 26, 31. sui ipsius mortem v. 2. Petr. apostasiam Luc. 22, 34. 9. Omnium creaturarum locationem, situm, motum, & actiones optimè nosse, Matth. 21, 2. Iob. 15, 50. Luc. 22, 10. Actor. 9, v. 11.*

CXXXIX. Ex quibus nos theorema nostrum ita demonstramus:

Quicumque accepit spiritum sine mensurâ, sapientia, & intellectu, omnia scit, est καρδιωγνώσις, preces fidelium exaudit, est iudex œcumenicus, novit hominum opera bona, & mala, prævidet & prædicat futura; & denique omnium creaturarum conditionem novit, ille habet scientiam infinitam, ac increatam.

Christus secundum humanam naturam accepit spiritum sapientie, & intellectus sine mensurâ, omnia scit, est καρδιωγνώσις, preces fidelium exaudit; est iudex œcumenicus, novit hominum opera bona & mala, prævidet, & prædicat futura, ac denique omnium creaturarum conditionem novit exactè.

Ergo CHRISTUS etiam secundum humanam naturam habet scientiam infinitam, ac increatam. Christi itaque carni omniscientia est communicata.

CXXXIX. Excipiunt Calviniani, Christus secundum humanitatem multa ignoravit, Ergo non fuit omniscius, quia homo.

Quomodo
Christus igno-
rare dicatur
in script.

CXL. Respond. Cum CHRISTUS ut homo ignorare in Scripturâ dicitur; intelligendum est, vel de proprietate naturæ, vel de peculiari munere, vel de statu exinanitionis, in quo vires suas non semper exeruit. Sic Christus nescit eligere inter bonum & malum, in ætate infantili *Esai. 7. v. 16. ex proprietate natura*, quippe excepto, per omnia nobis similis factus, quamvis sciverit ex communicata omniscientia. Sic quod diem & horam iudicij extremi se ignorare, ipsemet Salvator fatetur *Marc. 13. 3.* non ita existimandum est, ac si Christus eam penitus ignorarit; sed quod ceu legatus Trinitatis, cancellos mandati egredi nolens revelare abstinuerit, quippe revelatio hæc opus redemptionis non concernebat: Voluit itaque Salvator nos latere unum diem, ut observemus omnes dies. Veritas hujus responsionis eo ipso confirmatur, quod non tantum secundum humanam naturam Christus se illam iudicij circumstantiam temporis nescire dicat, sed simpliciter ut Filius Dei Patris. *Mar. d. l.* Quod si igitur dixerint Calviniani, eum verè ignorasse, non autem data opera reticuisse diem illum, alioquin exquisitissime sibi notum, non video, quid solidi respondere queant Photinianis, hunc locum pro neganda vera Deitate Filij Dei urgentibus; qui enim ignorat, quod tamen verus Deus novit, ille non est verus Deus. Atqui Filius (non additur autem, ut Filius hominis) ignorat id, quod verus Deus novit, scil. diem iudicij. *E. Filius non est verus Deus.* Eligant hic Calviniani alterutrum, ac vel in Orthodoxorum explicatione acquiescant, vel ad Photinianorum castra transeant. Exempla reliqua ut *Marc. 11, 13. Joh. 11, 34.* ad statum exinanitionis pertinent.

THEOREMA DECIMUM TERTIUM.

CLXI. Cultus adorationis est, non solum agnitio summæ majestatis, & exhibitio reverentiæ internæ, sed etiam interna voluntatis submissio, quâ nos uni Deo subjicimus, in ipsum speramus, ab ipso pendemus, eum toto corde, totâ animâ, & mente diligimus.

142. Loqui-

CXLII. Loquimur hic non de adoratione civili, sed religiosa, eaq; soli Deo propria, qua describitur ac praecipitur *Exod. cap. 23, v. 24. 25. Deut. 6, 13. c. 10, 12. 20. Psal. 81, 10. Esa. 24, 8. c. 45, 23. c. 48, 11. Matth. 4, 10. Luc. 4, 8. Apoc. 14, v. 7. c. 19, 10.*

THEOREMA DECIMUM QUARTUM.

CXLIII. Cultus adorationis, humanae naturae Christi, verè, & realiter à λόγῳ est communicatus.

CXLIV. Non eadem est omnino Calvinianorum de cultu adorationis respectu carnis Christi, sententia: pleriq; enim eum in totum adimunt, quorum Antesignanus est *Dauæus* in *Exam. lib. de duab. Dn. Chemn. ad cap. 29. pag. 415. & seqq.* ubi maledictos, & idololatrias pronunciat, qui Christum secundum carnem adorant: alij verò licet non in totum negant carnem Christi adorari debere, candidè tamen quid sentiant non exponunt. *Beza* enim concedit, adorationem, ad carnem Christi dirigi posse, non tamen ἀπλῶς, sed κτ' ἕ; alij negant carnem Christi adorandum esse, ea adoratione, qua Deus adorandus est. *Zanch. lib. 2. de incarn. pag. 449. & seq. Sohn. tom. pag. 423.* ubi distinguit inter honorem, & adorationem, illum humanae naturae Christi largitur, hanc denegat.

CXLV. Nos autem in theoremate statuimus, Christum etiam secundum humanam naturam adorandum, adeoq; carni Christi cultum adorationis à λόγῳ esse communicatum.

CXLVI. Quam assertionem confirmamus, I. *Vaticiniis 1. Psal. 72. 9. Coram eo procident habitatores deserti, vel barbari (עַיִן) & inimici eius terram lingent, quibus verbis vera describitur adoratio, de qua nemo dubitat; objectum autè adorationis est Christus etiam secundum eam naturam, secundum quam iudicia & iustitiam accepit, v. 7. à mari ad mare dominatur v. 8. & Rex dicitur v. 1. & secundum quam futurus erat. 2. Esa. 49, 7. Ei quem contemnit quisq;, seruo dominantium Reges videntes assurgent; principesque eum adorabunt propter Iehovam, &c. quæ adoratio competit Christo secundum humanam naturam, 1. Quia vocatur ab utero matris v. 1. 2. Quia Jehova os eius disposuit veluti gladium & sagittam v. 2. 3. Quia servus v. 3. & 4.*

4. Quia

4. Quia exauditur, & auxilium accipiet. v. 8. 3. Dan. 7. v. 14. Servi-
ent ei omnes linguae, & tribus eum adorabunt: Et his verbis vera adora-
tio describitur (ut patet ex similibus locis Dan. 3. v. 12, 13, 17, 18. c. 6.
25, 26.) & Christo, ut filio hominis competit. Dan. 7. v. 13. Cujus vati-
cini complementum habemus Philip. 2. v. 9, 10, 11.
CLXVII. II. Mandato i. Psal. 45, 12, ubi Ecclesia jubetur incur-
vari, vel procidere coram Domino Christo, secundum eam natu-
ram, secundum quam est, 1. pulchrior filiis hominum v. 3. 2. ejus
labiis gratia diffusa ibid. 3. à Deo benedictus, ibid. 4. וְיִצְחָק v. 4: quod
est Epitheton Christi, cui omnis potestas in caelo, & in terrâ data est, sicut ex-
plicat Fr. Iun. h. l. 2. Psal. 97. v. 7. Hebr. 1. v. 6. Adorate eum omnes Angeli,
in his locis objectum adorationis esse totam personam Christi, secun-
dum utramque naturam monstrat, 1. scopus Psalmi, qui de officio Chri-
sti Regio agit, 2. vox primogeniti in Epistola ad Hebr. quâ Christus sic
indigitatur, non solum secundum divinam naturam Colos. 1, 15.
verum etiam secundum humanam, cum respectu dominij, hinc di-
ctus primogenitus ex mortuis, & principium omnis creaturæ A-
poc. 3. v. 14. 3. Introductio εἰς τὴν οἰκουμένην vel in mundum hunc
aspectabilem, quam potissimum de Christo ut homine intel-
lexerunt Veteres. Nam Christus ut Deus fuit in mundo; ut homo
autem, fuit introductus in mundum, inquit Theodoretus super h.
1. 3. Hebr. 4, 15, 16. accedamus ad thronum gratiae (Christi, uti explicat
Syrus voce ejus) ut consequamur &c. verum & h. l. Apostolus descri-
bit adorationis, & invocationis cultum, ubi simul exprimit obje-
ctum, nempe Pontificem Christum Deum, & hominem. Adorare
itaque præcipit Christum secundum eam naturam, secundum quam
1. Caelos penetravit v. 17. (hoc est, supra omnes caelos ascendit Eph.
4, 10. Hebr. 9, 26.) 2. Nostri infirmitatibus afficitur, v. 15. 3. Per o-
mnia tentatus sicut nos excepto peccato ibid. 4. A Patre glorificatus
Hebr. 5, 5. 5. In diebus carnis suae oravit cap. 5, 7. & exauditus est
ibid. 6. Obediens fuit Patri in passione c. 5, 8. &c. *bonum bonum*
CXLIX. III. Exemplo leprosi Matth. 8, 2. Centurionis ibi. v. 5. seq. Apo-
stolorum Matth. 14, 33. c. 28, 17. Luc. 24, 52. Mulieris Cananae Matth. 15,
25. Jairi Mar. 5, 22. Patris Lunatici Matth. 17, 4, 15. Demonij Mar. 3, 11.
cap. 5, 6. Leprosi sanati. Luc. 17, 15, 16, 19. Viginti & quatuor seniorum A-
poc. 5, 8.

CL. IV. Con-

CL. IV. Confirmationis nostræ argumentum petimus à Christi invocatione. Cui itaque competit cultus invocationis, ei quoque debetur cultus adorationis. Uterque enim soli DEO competit, tum invocationis quam adorationis cultus. Atqui Christo competit cultus invocationis non tantum secundum divinam, verum etiam secundum humanam naturam. Id quod patet ex locis. Joh. 14, 13. c. 16, 24. Act. 7, 59. c. 9, 14. c. 22, 16. Rom. 10, 13. 2. Cor. 12, 8. 9. 1. Thes. 3, 11. 12. 13. 2. Thes. 2, 16. 17. c. 3, 5. 16. 18. 1. Timoth. 1, 12. 2. Timoth. 1, 18. c. 2, 7. 2. Johan. v. 3. Apoc. 1, 5. 6. c. 5, 12. 13. Ergo Christo competit cultus quoque adorationis, non tantum secundum divinam, verum etiam secundum humanam naturam.

CLI. V. Huc facit quod Christus habeat potestatem nobis benedicendi, nos fortunandi, & summis bonis afficiendi huicque muneri peculiariter præsit Act. 3. v. 26. secundum utramque naturam. Ideoque merito adorari & invocari debet, juxta utramque naturam.

CLII. Ex hæcenus præmissis, sic theorema nostrum demonstramus:

Cuiusque cultus adorationis, non ex sua natura, sed ob unionem hypostaticam cum λόγῳ competit, ac debetur, vigore vaticiniorum & mandati divini; exhibitusque fuit à multis; præstitus in ipsa invocatione, ac denique fundatus in potestate soli Deo propria; ei cultus adorationis, verè & realiter à λόγῳ est communicatus.

Sed carni Christi cultus adorationis, non ex sua natura, sed ob unionem hypostaticam cum λόγῳ competit ac debetur, vigore vaticiniorum & mandati divini; exhibitusque fuit à multis; præstitus in ipsa invocatione, ac denique fundatus in ejus potestate soli Deo propria.

Ergo carni Christi, cultus adorationis, verè, & realiter à λόγῳ est communicatus.

CLIII. Exceptiones adversariorum in hac quaestione, non sunt tanti momenti, ut multum operæ, in iis examinandis ponamus. Notetur hoc solummodo, quod cum carnem seu humanam naturam, dicimus adorandam; hoc, non in abstracto, sed concreto intelligamus, quatenus ea consideratur in personam τῆς λόγῳ, à qua carni, interveniente unionem, tale infinitum ἀξιώμα collatum est; & sic caro quod non habet per naturam, acquisivit per gratiam; ut eadem precatione, eodemque cultu cum λόγῳ adoraretur, & invocaretur. Quibus obser-

G

obser.

observatis, facili negotio, solvi poterunt, quæ à Danao, & reliquis
Calvini complicibus afferri solent.

CLIV. Expedivimus hætenus theoremata: Nunc hoc unicum re-
stat, ut ex iis generalẽ Problematis extruamus Demonstrationem.

V I.

ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ.

CLV. *Cuicunq;*, Hypostasis, Natura, Majestas
& Idiomatica τῆ λόγῃ, nempe Omnipotentia, Omni-
presentia, Omniscientia, & cultus adorationis pro-
pter unionem hypostaticam, verè & realitèr sunt à
λόγῳ communicata; illud donorum verè infinitorum,
increatorum, ac æternorum τῆ λόγῃ, propter unio-
nem personalem, verè, & realitèr est particeps factum.

Carni Christi Hypostasis, Natura, Majestas, &
Idiomatica τῆ λόγῃ, nempe Omnipotentia, Omnipre-
sentia, Omniscientia, & Cultus adorationis; propter
Unionem hypostaticam, verè, & realitèr sunt à
λόγῳ communicata, uti theoremate 2.4.6.8.10.12, &
14. probatum.

Ergo Caro Christi, donorum, verè infinitorum,
increatorum, ac æternorum τῆ λόγῃ, ob unionem
personalem, verè & realitèr est particeps facta. Id
quod fuit demonstrandum.

V II.

ΠΟΡΙΣΜΑΤΑ.

CLVI. Ex parte Orthodoxorum. I. Absurdum itaq; non est, u-
nius subiecti proprium καὶ σιωδύασιν, communicari alteri subje-
cto realitèr diverso.

II. Ποῦσ: Corpus Christi, cum ubiq; sit præsens, est quoq; in Sa-
cramento Cœnæ, propter specialem Domini nostri institutionem.

III.

III. Magnum hinc oritur salarium piis mentibus, quod in omnibus angustiis nostris, Christus nobis præstò sit, non modò secundum divinam, sed etiam secundum eam naturam, juxta quam frater noster est, & in quâ tentatus, nobis qui tentamur, compari, & succurrere potest.

CLVII. Ex parte Calvinianorum. I. Calviniani veram, & realem communicationem, τὸ λόγῳ idiomatum, negando, à Nestorii hæresi nunquã poterunt esse immunes. Nam qui negat τὸ λόγῳ proprii communicationem, ille unã operã negat ejusdem λόγῳ, hypostaseos, & Naturæ communicationem; & qui harum negat communicationem, ille solvit unionem naturarum in Christo, cum Nestorio, imò & cum Samosateno.

II. Calviniani non possunt firmum habere, in periculis ac tentationibus solatiũ, quia detrahunt Servatori ac Mediatori suo omnipotentiã & omnipræsentia. Nam qui est absens, & impotens, ille non potest affici sensu miseræ nostræ, nec nos ex eâ eruere valet. Atqui secundũ Calvinianos, Mediator & Servator (qui est homo Jesus Christus) est absens, & impotens. E. Si dixerint; adest ut Deus, & sic compatitur; responsum hoc sibi habeant; Secundum eam naturam Mediator ac Pontifex noster afficitur angustiis nostris, secundum quam ipsemet tentatus per omnia sicut nos. Atqui secundum divinitatem non fuit afflictus, ac tentatus per omnia, sicut nos. Ergo secundum divinitatem non afficitur angustiis, & tentationibus nostris.

Tu Christe Jesu effice, ut incarnationem, passionem, & exaltationem tuam ita intelligamus, & amemus quò dignatio tuæ majestatis profectus sit nostri amoris, nec in animis universorum humilitas tua imminutionem habeat honoris, sed augmentum pariat tui charitatis.

AMEN.

F I N I S.

III. Magnam hanc oritur salutem per mentibus, quod in o-
mnibus angustis nostris, Christus. obis praesentis, non modo se-
cundum divinam, sed etiam secundum eam naturam, juxta quam
fieri noscitur, & in duas partes, nobis per naturam comparat,
& succurrit potest.

CLVII. Ex parte Calviniana. I. Calviniana verum & res-
tam communicationem, & ad id omnia, regardo, a Nostro
in hac mundi potestate constitutus. Nam in parte & ad
per propriam communicationem, ille nos oportet esse eisdem ad
per hypotheticos, & naturam communicationem, & in partem
per communicationem, ille locum naturam naturam in Car-
thago, cum Nostro, imo & cum Calviniano.

II. Calviniana non potest firmum habere, i. periculis ac tem-
poribus solis, in quibus detrahunt servatione ac Mediatori suo omni-
potenti & omnipotenti. Nam qui est absens, & impotens, ille
non potest affici tantu miseris nostris, nec nos ex se eruire valeat.
Atque secundu Calviniana. Mediator & servus, qui est homo
Jesus Christus, est absens, & impotens. Et si dixerit, sed est in
Deo, & sic comparatur, respondentem tunc sibi habent, secundum
eam naturam Mediatoris. Non ille nos afficit, & salutis no-
strae, secundum quam ipsa metentur per omnia sicut nos, & per
secundum divinitatem non sit afficiens, ac sentiat per omnia,
sicut nos. Ergo secundum divinitatem non afficitur angustis, &
tenet omnia nostra.

In Christo Jesu effice, ut incarnationem, pas-
sionem, & exaltationem tuam ita intelligamus, &
eam, quae dignatio tua magis ac prospectus sit no-
stri amoris, nec in animis universorum humilitas
tua diminutionem habeat honoris, sed augmen-
tum parat tui charitatis.


AMEN.

F I N I S



ULB Halle
003 792 099

3



05 A 2444

1077





Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

TIO EVIDENS
tis de
VERE IN-
NCREATIS,
ISTI NATURÆ
er communicatis;
omnium nostrum supremo
in Academiâ VVitebergensi,
ESIDIO
MEISNERI SS.
ofess. publ. & p.t.
agnifici;
4. Martij,
ercitij gratiâ,
roponit
ISLENTA, ANGER-
BORUSSUS.
BERGÆ,
mannis Gormanni,

DC. XV.

